



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

disputantur, ad ius arbitrarium pertinere. Quod sæpe necessarium esse crediderunt Legumlatores ob lites præscindendas. Præter ea vero quæ CAP. II. de hoc themate fufius fumus dicturi, hoc loco præterire nolumus, variarum gentium moribus institutisque esse receptum, *vt heres ipso iure succedat in possessionem defuncti* (*). De GALLIÆ, HISPANIAE & ITALIAE moribus testis est locuples TIRAQUELLVS in libello: *le mort saisit le vif.* & RENAT. CHOPPINVS Lib. III. T. I. Apud BELGAS quoque viget parcœmia: *de dote eerst den lebenden.* GRÖNWEG. ad l. 14. de suis & legitim. hered. & in iure Municipali Bruxellensi Titulo: *van den successiõ ende verstorft art. 274. Occurrit: de doode eerst ende saisiert de levenden,* notante SCHILTERO Exerc. XV. §. 13. seq. & HERTIO L. I. Par. 79. §. 1. quorum hic simul allegat chartam CAROLI Francorum & Nauarræ Regis A. 1322. apud AVBERTVM MIRAEVM Lib. II. Diplom. Belgic. c. 82. Robertus Roberti Flandriæ comitis filius dicebat, *se esse SAISITVM per consuetudinem patriæ NOTORIAM, quod mortuus SAISIT viuum de comitatu & patria Flandriæ.* Leges NORMANNICAS cap. 34. 35. quod *saisina* defuncti transeat in heredem ipso iure, explicat ILL. DN. DE LVDEWIG tom. 7. reliquiarum p. 319. 334.

A 2

§. IV.

(*) Latii enim Legibus id plane aduersum, quippe secundum quas possessio, nisi naturaliter comprehensa, ad heredem non pertinet l. 23. pr. D. de A. v. A. P. non obstante l. 30. D. ex quib. caus. maior. quæ respicit ciuilem possessionis continuationem ad implendam vsucapionem. VOET. ad Dig. de A. vel A. P. §. 2. vid. tamen infr. Cap. II. §. vlt.

§. IV.

An Germanorum Legibus heres succedat ipso iure in possessionem defuncti disquiritur.

Quid vero GERMANORVM obtinuerit moribus eruditissime exposuit laudatissimus SCHILTERVS *l. c.* §. 13. *seq. Exerc. XXX. §. 105.* huiusque iuris antiquitatem ex Legibus Germaniæ priscis *Alem. C. 264. Saxon. Lib. III. art. 83.* clarissime demonstraui. Tametsi vero vapulet STRYCKIO *Vsu Mod. de A. v. A. P. §. 6. seq.* tamen meo iudicio recte subduxit rationes. Quod facile ostendisset, si id instituti permitteret ratio. Saltem in transcurso monemus, frustra sollicitare STRYCKIUM verba *Iuris Saxon. cit. art. 83.* Was sie aber mit Klage erfodern, oder auf sie geerbet wird, dürffen sie nicht besetzen, i. e. non opus, vt heres adprehendat rerum hereditariarum possessionem, quippe quæ in eum transit ipso iure. Concinit LYNCKERVS *l. Dec. 57.*

§. V.

In nonnullis Germaniæ Prouinciis adhuc hodie possessio ipso iure transit in heredem.

Etiam si vero ILL. BERGERVS *Elect. proc. possess. §. 34.* adserat, hanc doctrinam, *quod iure Teutonico possessio ipso iure transeat in heredem,* in foro præsertim Saxoniaco nusquam esse receptam, vt potius collegia iuridica constanti iudicio eo in argumento ius Romanum sequantur; tamen nobis sufficit, certum esse atque indubitatum, eam vetustis niti Germanorum moribus. Sint enim FRISIÏ teste HVBERO *Prælect. de A. v. A. P. §. 4.* sint HOLLANDI & GELRI teste VOETIO *de A. v. C. H. §. 18.* sint SAXONES teste BERGERO; sint alii veteres Iustiniani; non tamen defunt Germaniæ populi, qui antiquis viuunt moribus veterisque iuris sunt tenacissimi. Speciminis loco adducimus quæ in *Ordinatio Polit. DVCATVS MAGDEB. d. 1688. C. XLIV. §. 15.* sunt facta: *Ordnen und wollen Wir, daß in Zukunfft in unsern Herzogthum Magdeburg der Besiz oder Gewer*

Adducitur speciminis loco 1) IVS MAGDEBURGICVM.

der Güter, sie seynd liegend oder fahrend, ohne einige leibliche Ergreifung auf des verstorbenen Erben in absteigender Linie verfallen, und einem andern der zu Ergreifung einer possess vorkommen, und sich in solchen Fall des Besizes zu nähern unterstehen würde, es zu keinem Vortheil weder in noch ausserhalb Recht gedenen, sondern vielmehr vor eine straffbare That gehalten werden soll. Idem obtinet COLONIAE AGRIPPINAE. Verba statuti apud HERTIVM l. c. §. I. hæc sunt: Daß der Besitz aller beweg- und unbeweglichen allodial-Lehen oder Churmötigen Güter, Häuser, Erbschaften, Zinsen, Fahren und Renthen, welche der abgestorbene auf Zeit seines Hinscheidens eingehabt, besessen und nachgelassen, nichts davon ausgenommen, auf dessen *instituirte* oder sonsten von Rechts und Gewohnheits wegen, rechte an- und abwesende Erben AB INTESTATO ohne einige vorhergehende sonderbahre APPREHENSION verfolgen und continuiren, auch niemanden noch auswendigen, was wessen Standts oder condition er seye, bey 100 Gold fl. und anderer arbitrari-Straffe sich gelüften lassen, solche heimlich oder öffentlich anzugreifen, einzunehmen.

2) Statutu
Coloniens

§. VI.

Monuit tamen SCHILTERVS l. c. §. 16. hanc iuris Teutonici regulam tantum de herede ab intestato esse intelligendam adeoque ad heredem testamento scriptum minime extendendam. Pro qua etiam decisione, SCHILTERO iudice, militat commune DD. traditum, quod fortior & facilius sit transitio ad heredem etiam extraneum ab intestato, quam ex testamento l. 77. §. 28. D. de legat. 2. l. 69. §. 3. eod. FRANTZK. in App. ad L. III. Resol. n. 87. Cum quo conuenire videtur sanctio Or-

Quod tam
ex regula
tantum d
heredibus
intestato
telligendu

Sed statutum
Coloniense
id etiam ad
heredes te-
stamentarios
extendit.

dinationis Politicæ Magdeburgicæ, quippe quæ tantum de heredibus descendentibus *des verstorbenen Erben in absteigender Linie*, loquitur, qui plerumque succedunt ab intestato suntque ipso iure heredes. E contra *statutum Coloniense* tantum abest, ut id restringat ad heredes descendentes, ut potius aperte idem heredibus testamento institutis indulgeat. Est vero admodum verosimile, tacente statuto, id ad heredes testamento scriptos non esse extendendum; cum gentibus Germanicæ originis ignota fuerint testamenta, hæc autem consuetudo sit antiquissima, & diu antequam illa reciperentur, obtinuerit.

§. VII.

Adquirunt
possessio-
nem, qui nec
Legæ prohi-
bentur, uec
natura impe-
diuntur.
Legæ prohi-
bentur 1)
SERVI.

Sed, ut e diuerticulo redeamus in viam, nunc curate ostendendum est, quinam adipisci possint possessionem. Possunt vero eam adipisci qui neque *iure* prohibentur, neque *natura* impediuntur. Sed *iure* prohibentur 1) **SERVI**, quippe qui non sibi sed dominis quærunt possessionem. Nam non solum per eos proprietas nobis acquiritur, sed etiam possessio. Cuiuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, eam nos possidere videmur. §. 3. *Inst. per quas person. nob. adquir.* Equidem dicitur, possessionem facti esse *l. 1. §. 3. D. de A. vel A. P.* & seruos, quæ facti sunt non transmitti in dominum §. 2. *Inst. de stipulat. seruor.* ex eoque colligi posse videtur, possessionem subsistere debere in persona serui, nec eam quæri domino; sed scriptum etiam est, possessionem non tantum corporis, sed & iuris esse, eamque plurimum ex iure mutuari *l. 49. pr. §. 1. D. de A. vel A. P.* ut proinde sicuti ceteræ res, ita etiam possessio per eos nobis adquiratur, si nomine nostro eam adipiscantur *L. 34. §. 2. eod. l. 10. §. 2.*

de R. A. D. Quid quod ignorantes & inuiti per eos adquiramus possessionem, si eam nacti sint ex causa peculii, quia nostra voluntate intelliguntur possidere, qui eis peculium habere permisimus *l. 1. §. 5. D. de A. vel A. P.* at extra rationem peculii possessio serui sine voluntate domini adprehensa est factum inutile nihil ad dominum pertinens *l. 44. §. 1. eod.* HUBER. *ad l. per quas person. §. 4.* VINNIUS *ad §. 3. l. n. 2. 3. eod.*

§. VIII.

Prohibentur II) HAERETICI, quippe qui nullam II) HAERETICI habent contractuum communionem quibusque commercium rerum interdictum. Clara est *lex 4. §. 3. C. de haeretic;* Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremo contrahendi cuiquam conuicto (scilicet hæreseos) relinquimus facultatem. Sunt autem hæretici, qui quatuor priores Synodos œcumenicas reiciunt ab earumque formula recedunt. B. COCCEII *diff. de iure circa haereticos §. 20. seq.* Prohibentur III) BANNITI, quippe qui tanquam hostes Imperii nullibi locorum neque vrbe, neque domo, neque hospitio, neque conuictu recipiendi: sed ab usu iuris communis prorsus excludendi GAIL. *de Pace publ. l. II. c. 12.* Igitur omnia iura amittunt omnesque quæ iis compete-
bant actiones pro nullis habentur atque irritis, id quod expresse sancitum ORD. CAMER. *P. II. T. 9. §. 2.* daß alle Verschreibungen, Pflicht und Bündniß ihnen zustehend und darauf sie Spruch und Forderungen haben möchten, gegen diejenigen die ihnen Verhafft wären ab und todt seyn sollen. SCHILTER *Exerc. III. §. 10.* STRAUSS. *de ciuili- ter mortuis C. II. §. 25.*

§. IX.

§. IX.

IV) MONA-
CHI.

Prohibentur IV) MONACHI, qui ipso ingressu monasterii se suaque dedicant Deo *Nov. V. c. 5. Auth. num. autem C. de Episc. & Cler. auth. ingressi & auth. si qua mulier C. de S. S. Eccles.* Imo quicquid constante professione adquirunt non sibi, sed monasterio adquirunt *c. 6. de Statu Monach.* eique non solum proprietatem, sed etiam possessionem quærunt. ILL. BÖHMERS *Iure eccles. prot. L. III. T. 27. §. 18. seq.* Votum enim paupertatis quoddam inducit *capitis deminutionem*, ut non amplius sine proprietatis capaces nihilque sibi adquirere possint. Votum vero *obedientiae* facit, ut *sui iuris* esse non credantur, cum parere in omnibus teneantur mandatis Prælati. Status enim Monachorum ita comparatus est, ut fere omnium iurium usu privati, respectu *ad singulos* habito: in corpore enim considerati omnium iurium usum plenissime habent, adeoque si dicas, monachos per professionem *capite minui* i. e. Statum civilem & personam amittere, non erraueris. ILL. BÖHMERS *l. c. T. 25. §. 68.* De reliquis, qui possidere prohibentur quod ex sua persona rei non habeant commercium late egit LAVTERBACH. *Colleg. Theor. pract. L. XLI. T. 2. §. 20.* Nos saltem adhuc monemus, ea, quæ de illis, qui possidere prohibentur, disseruimus, de possessione *valida & efficaci* esse intelligenda. Nam si possessio generaliter accipiatur, etiam illas res possidere possumus, in quibus nullum ius habemus, recte arguentur acutissimo TITIO *Iure priv. L. II. c. 7. §. 3.*

§. X.

Natura possidere impediuntur.
I) FVRIOSI & MENTE CAPTI.

Sed *natura* impediuntur possidere, qui, cum usu rationis destituantur, possidendi propositum habere nequeunt. In quorum numero sunt I) FVRIOSI

ET MENTE CAPTI, quippe qui, cum nec, quod agunt, intelligant, nec, quod agunt, velint *l. 40. de R. I.* affectionem tenendi non habent, licet maxime corpore suo rem contingant, sicuti si quis dormienti aliquid in manu ponat *l. 1. §. 3. 10. de A. vel A. P.* Neque etiam cum curatoris consensu valide adquirunt furiosi. Curator enim defectum iudicii supplere non potest, cum nullum fit in furioso mentis iudicium, quod autem non est, arte iuvari nequit LAUTERB. *l. c. §. 25.* inde etiam PAVLVS *c. l. 1. §. 3.* furiosum opponit pupillo, *quia hic tutoris auctoritate incipere potest possidere.* Sed postea utilitatis causa receptum, ut etiam actus legitimos, qui per interpositam personam expediri nequeunt *l. 90. de adqu. vel omit. hered. l. 5. C. de iure deliber. l. 77. 123. de R. I.* curator nomine furiosi explicaret. Clarus est Imperator *l. 7. §. 3. C. de Curator. furios.* Nos itaque, inquiens, *utramque auctorum aciem certo fœdere compescentes, sancimus, furiosum quidem nullo modo posse vel adire hereditatem, vel bonorum possessionem agnoscere: Curatori autem licentiam damus (imo magis necessitatem imponimus) se utilem ei successionem existimauerit, eam bonorum possessionem agnoscere, que antea ex decreto dabatur.* Possunt tamen furiosi, quibus morbus non est perpetuus atque non continua mentis abalienatio *l. 14. D. de offic. pres. l. 6. C. de Curat. furiosi* eo tempore, quo intermisit furor, adquirere possessionem *l. 18. §. 1. D. de A. vel A. P.* quam, superueniente licet furore, retinent *l. 4. §. 3. de Vsuap.*

§. XI.

Porro natura impediuntur II) INFANTES, qui, II) INFAN-
cum nullum eorum sit mentis iudicium, non multum TES.

a furiosis distant §. 9. *I. de inut. stipul. l. 60. de R. V.* Notissimum vero est infantiam porrigi ad annum ætatis septimum *l. 1. §. 2. D. de admin. tutor. l. 14. D. de sponsal. l. 18. C. de iure deliber.* Ex quo itaque consequitur, infantem nihil, sed pro eo omnia tutorem agere *c. l. 1. §. 2. de admin. tut. l. 9. D. de adquir. hered.* licet iure singulari utilitatis causa receptum sit, ut, cum alioquin nullus sensus sit infantis accipiendi possessionem, possidere recte possit, si tutore auctore cœpit: nam iudicium eius suppletur auctoritate tutoris *l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. de A. vel A. P.* Tametsi vero OFILIUS & NERVA filius etiam sine tutoris auctoritate possidere incipere posse pupillum crediderint, cum ea res *facti non iuris* sit; tamen eam sententiam tunc demum recipi posse putat PAVLVS *c. l. 1. §. 3.* si eius ætatis sint pupilli, ut intellectum capiant. Quorum numero non solum pubertati, sed etiam infantia proximi (*) comprehenduntur. Quod nullam dubitationem habet, cum expediti iuris sit, pupillum posse sine tutoris auctoritate conditionem suam meliorem facere. *pr. I. de auct. tutor.* Equidem DE

CIV

(*) Quando autem infantiam egressi infantiaæ ve pubertati proximi proximæve dicantur, miri dissentiunt interpretes. Plerisque placuit reliquum tempus, quod sequitur infantiam vsque ad pubertatem diuidendum esse in duas partes æquales, ut qui consistat intra priorem, hic si infantiaæ proximus, qui vero hanc egressus consistat intra posteriorem, is dicatur proximus pubertati, quia re vera huic sit proximior, quam infantiaæ. VINNIUS *ad §. 9. l. de inut. stipulat. v. 2.*

civs imperator l. 3. C. de acquir. poss. sanxit: ut donatarum rerum a quacunque persona infanti vacua possessio tradita corpore quærat; sed restringunt interpretes hanc Legem ad res mobiles infanti donatas & quidem tales, ad quas adfectionem habere possunt, adeoque auide arripere solent, cum e contra immobiles vix æstiment STRYCK. Caut. contr. S. 1. C. 2. §. 6. LAVTERB. Colleg. Theor. pract. de donat. §. 23. Alii vero interque hos BRUNNEMANNVS ad c. l. 3. n. 4. seq. & VOETIVS ad D. eod. §. 6. forte rectius dictam legem de acquisitione per infantem, quæ tutore auctore fit, accipiunt. Quamvis enim tutoriæ auctoritatis mentionem non faciat DECIVS; tamen cum adserat, esse auctorum sententias dissentientes, respexisse videtur ad ea, quæ PAVLVS c. l. 1. §. 3. l. 32. §. 2. D. de A. vel A. P. de hoc veterum dissensu & iure singulari circa infantes vtilitatis causa recepto tradidit. Inde etiam eodem PAVLO auctore l. 4. §. 2. de Vfuscap. pupillus si non tutore auctore possideat, tunc demum vfucape-re potest, si animum possidendi habeat.

§. XII.

Denique III) facile est ad intelligendum *extreme* EBRIVM, quia quid loquatur nescit, atque furioso similis est c. 7. caus. 15. qu. 1. acquirere non posse possessionem, non magis quam dormientem c. l. 1. §. 3. de A. vel A. P. Quod vero melancholicos, fatuos & stupidos attinet, iudicis arbitrio relinquitur, ut in gradum melancholiæ & stupiditatis inquireat cum cura, atque exinde iudicet, an sibi habendi præditi sint affectu sensumque acquirendi possessionem habeant STRYCK. V. M. cit. tit. §. 1.

III) Extrem
ebrii, de re
quis arbitri
bitur iude

§. XIII.

Rerum, quæ
nec in rerum
natura, nec
hominum
commercio,
possessio ad-
quiri nequit.
Quorum
pertinent

H) res sacra.

Superest, ut, quæ res possideri possint, edifferamus. Adquiritur vero proprie possessio rerum corporalium *l. 3. pr. de A. vel. A. P.* quæcunque scilicet sunt in rerum natura & hominum commercio *l. 23. §. 1. de acq. rer. dom. l. 30. §. 1. eod. §. 1. 2. l. de inutil. stipul.* si tamen quis ignorans talem rem emerit, potest eam possidere *l. 1. §. 6. l. 4. eod. l. 10. pr. §. 4. de A. R. D. l. 4. §. 6. de contrah. emt. §. 4. l. per quas pers. acquir.* Ipsa tamen emtio non valet, neque illarum rerum procedit vsucapio *l. 9. 45. pr. de Vsucap. §. 1. l. eod.* potestque saltem deceptus agere ad id, quod interest, vel re iam tradita, atque bona fide possessa ad præstandam euictionem *§. fin. l. de emt. & vend.* Quæ cum ita sint, facile est ad intelligendum, possideri non posse res *sacras, sanctas, religiosas, communes, publicas* utpote commercio exemptas. Dicuntur autem res sacræ, quæ rite per pontifices Deo consecratæ *§. 9. l. de R. D. & inde in nullius bonis sunt l. 1. pr. l. 6. §. 2. D. eod.* manentque loca sacra diruto licet ædificio *c. l. 6. §. 3. PLIN. L. A. epist. 76.* nisi ab hostibus capta *l. 36. D. de religios. ve. sacris euocatis liberata fuerint religione l. 9. §. 2. D. de R. D.* Tametsi vero a temporibus Constantini Maximiani qui ipse ingentes in templorum extructione profudit opes, inter christianos etiam fuerit creditum, res sacras fieri per consecrationem, ut earum dominium DEO offeratur. BLONDELLVS *de Episcop. & Presbyt. S. III. p. 254. seq.* ILL. BÖHM. *Iure Eccles. prot. L. III. T. 46. §. 8.* tamen euangelicis res sacræ nullæ sunt, præter *verbum DEI & sacramenta* dum ea dispensantur. Temppla vero ideo commercio *privatorum* sunt exempta ab

iisque

iisque possideri nequeunt, quia publico vsui inferuiunt. ILL. BÖHM. *diff. de potest. ciuili in templa.*

§. XIV.

Res *sanctas*, quæ ex pagana superstitione diis me- II) *Res san*
diis tradebantur, merito ignoramus. Cum vero *mu-*
ri & portæ ob ius præsidii principi competens, in rerum
publicarum classe collocentur, facile est ad intelligen-
dum, eas priuatorum commercio eximi. Quod enim
res publicæ a principe in alium transferri atque in pri-
uatos deduci possint, nemo ignorat. §. 2. I. *de inutil. sti-*
pulat. Quod porro res *religiosas* i. e. sepulcra diis ma- III) *Res reli-*
nibus dedicata, attinet, notissimum est, eas commer- *giosæ.*
cio hominum eximi (*) l. 12. §. 1. *de religios. & vendito*
fundo ad emptorem non transire l. 22. 72. §. 1. *de contrah.*
emt. PAVL. L. 1. *Sent. T. 21.* §. 7. Sed quod apud nos se-
pulcra sint in commercio etiam singulorum indeque
eorum adquiri possit possessio, neminem nisi ignarissi-
mum fugit.

§. XV.

Quemadmodum vero *templa, muros atque portas* IV) *Res pu-*
ideo hodie commercio singulorum eximi diximus, *blica, rega-*
quia in rerum publicarum classe collocantur; ita nemo *& domani-*
non animaduertit, idem de reliquis rebus publicis, *lia.*
quæ *regalium* nomine veniunt, dicendum esse, quippe
quæ a priuatis non, nisi ex indulgentia principis, possi-

B 3

deri

(*) Eleganter obseruat ICtus eximius IO. GOTTL. HEI-
NECCIUS *Elem. Inst. p. 106.* sepulcra ipsa quidem in
bonis non fuisse, nec in *commercio*, at ius inferen-
di mortuum omnino, hincque legari potuisse,
cum monumenta legari non possent l. 14. *C. de legat.*
Quibus addi possunt, quæ notauit ANT. SCHVLTIN-
GIUS V. C. ad PAVLVM l. c. n. 21. 22.

deri possunt. 2. *Feud. 56.* Quorum etiam pertinent bona *dominica* seu *domanialia*, quorum alienatio est ex regula inualida, quæque præscriptione adquiri nequeunt. Quod enim *immemorialis possessio* securum præstet possessorem & a probatione tituli liberet, evidentiissime demonstravit MAGNIF. & ILL. DN. PRAESESSOR *diff. de Memoria initii contra præscriptionem immemorialem §. 31. seq.* Nam probata initii memoria nulla adest immemorialis possessio.

§. XVI.

V) Res communes.

Sequuntur res *communes*, quæ, quia *omnibus vacant*, nullius esse dicuntur *l. 51. de contrab. emt. veluti aër, aqua profluens, mare & per hoc littora maris l. 2. §. 1. de R. D. §. 1. l. eod.* Nam quæ utilia hominibus, inexhausta tamen sunt, sic ut omnium usibus possint patere nec tamen singulis usus ille reddatur malignior, et proprietati subiicere velle, superuacaneum simul ac ineptum foret. PUFENDORF. *Iur. Nat. L. IV. c. 5. §. 2.* Sed nihil impedit, quo minus luminis calorisque solis aëris & aquæ profluentis dominium, quatenus illa rebus nostris continentur, adseramus, licet usus innoxius ex Lege humanitatis permittendus sit: TITIVS *ad PUFEND. obs. 287.* & BARBEYRACIUS *V. C. l. c. n. 3.* THOMASIVS *ad HUBERI Præf. Inst. de R. D. §. 5.* Imo consenti ipse PUFENDORFIUS quoad aquam profluentem *L. III. c. 3. §. 4.* Vnde etiam maria particularia, littora iisque mare proximum, quousque ei imperari potest et terra quodque munimenti instar est, dominio principum atque rerum publicarum recte subiiciuntur. Et contra magnum mare seu Oceanus cum occupari & custodiri nequeat, sitque usus inexhausti, in nullius est dominio.

§. XVII.

Sed illustris Belga CORN. van BYNKERSHOEK diff. *de Confutatur*
dominio maris concedit quidem, Oceanum in se do- *BYNKERS-*
 minio esse exemptum, non autem quia occupari nequit, *HOEKIVS.*
 sed quia non est retentus, nec retineri potest. Igi-
 tur supponit Vir celeberrimus, amissa possessione, et-
 iam amitti dominium. Quod vero *suppositum* erro-
 neum esse, euidenter demonstrarunt TITIVS diff. *de domi-*
nio in rebus occupat. ultra poss. durante §. 42. seq. THOMAS. *ad*
HVB. de iure ciuit. p. 452. lit. x. B. GVNDLING. *Iure Nat. c. 20.*
 §. 74. 75. BARBEYRAC. *ad PVFEND. L. IV. c. 6. §. 1. n. 1.* Valde
 sunt ad palatum quæ habet BARBEYRACIVS, cuius pro-
 pterea verba adscribimus: *Je dis donc, que, de ce que*
la propriété doit son origine à la prise de possession, il ne
s'ensuit point que le droit, qu'on a acquis par là sur une cho-
se, cesse du moment, qu'on ne la possède plus. Le but de la
nature, en donnant tout commun aux hommes, est, que
chacun se serve & dispose à son gré de ce qu'il a pris,
jusqu'à ce qu'il l'abandonne & qu'il le remette de nou-
veau au premier occupant; sans quoi ce droit seroit de
très peu d'usage. Ainsi la possession ne fait rien là, qu'au-
tant qu'elle est une marque incontestable de la volonté, qu'on
a de retenir ce, dont on s'est emparé. Pour être donc auto-
risé à regarder comme abandonnée une chose, dont celui à qui
elle appartenoit ne se trouve plus en possession, il faut, qu'on
ait lieu d'ailleurs de croire, qu'il a renoncé au droit particu-
lier, qu'il avoit acquis. Imo inane ius est, quod cum
facto oritur & perit. Decepit BYNKERSHOEKIVM, quod
e iuris prudentia Romana obseruasset, amissa posses-
sione, amitti dominium ferarum. Quod vero recte
arguente GVNDLINGIO petit id, quod est in principio.
Quæritur enim primo, sitne hæc ratio naturalis? de-
inde, sitne sola, quam habuere iuris Romani archi-
recti?

recti? Vtrumque negatur per ea quæ docuit Vir celeberrimus C. 22. §. 7. seq. frustra dissentiente GRIEBNERO V. C. *diff. de eo quod iustum est circa feras e custodia dilapsas*

§. XVIII.

Cur rerum incorporali-um proprie nulla sit nec possessio nec traditio, ostenditur.

Diximus §. XIII. proprie adquiri possessionem rerum corporalium l. 3. pr. D. de A. vel A. P. Cum enim veteres Icti, Stoicorum sapientiæ innutriti omnes reliquos sensus ad tactum tanquam primarium sensum referrent, corpusque definiebant, quod tangi posset SENECA Ep. 106. atque inde corpora sola esse res vero incorporales i. e. omnia iura non esse, sed intelligi adfirmarent cic. Top. C. V. consequebatur vt rerum incorporalium proprie nulla esset nec possessio, nec traditio l. 43. §. 1. D. de A. R. D. l. 4. §. 17. de Vsucap. NOODT L. II. Prob. c. 3. L. I. de Vsufr. c. 22. Celeb. HEINECCIUS Antiq. Rom. L. II. T. 2. §. 2. seq. THOMAS. ad HVBER. de iure Ciuit. p. 444. lit. g. Inde etiam THEOPHILVS interpres græcus ad tit. Inst. de obligat. res incorporales seu iura circa corpora vocat: *ius aliquo modo mente comprehensum & abstractum*. HVBER. L. IV. Digress. C. 3.

§. XIX.

Cum rerum incorporalium nulla esset possessio, admiserunt quasi possessionem. Indeque feruitutum vsucapionem.

Cum igitur res incorporales non possideantur, consequens erat, vt vsucapi non possent, quia sine possessione non procedit Vsucapio l. 25. D. de Vsucap. & præterea in XII. TAB. de iis vsucapiendis nihil cautum esset. Scriptum enim erat: VSUS AVETORITAS FVNDI BIENNII: CETERARVM RERYM ANNVVS VSUS ESTO. Sed Icti animaduertentes, earum tamen esse *vsu*, hunc *vsu* pro possessione habuerunt atque in fori tritura feruitutum vsucapionem admiserunt. Inde CICERO pro Cec. C. XXVI. fundi vsucapionem

pionem legibus, seruitutum vero non legibus, sed
 civili iure i. e. disputatione Ictorum introductam esse
 diserte testatur: *Fundus*, inquit, *a patre relinqui*
potest; at usucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis & peri-
culi litium, non a patre relinquitur, sed a LEGIBVS: aquae-
ductus, haustus, iter, actus, a patre: sed rata auctoritas ha-
rum rerum omnium a IVRE CIVILI sumitur. *RAEVARD. ad*
L. Scribon. C. III. p. 799. Imo usucaptas fuisse seruitu-
 tes olim, euincit ipsa Lex Scribonia, dum earum
 usucapionem iterum sustulit *l. 4. §. fin. D. de usucap.*
 Nunquam enim Leges ea tollunt, quæ in usu non
 sunt. Interea cum Ciceronis tempore usucapi pos-
 sent seruitutes, facile est ad intelligendum, labi eos,
 qui Legem Scriboniam dicunt plebiscitum, roga-
 tum a Scribonio Tribuno Plebis, qui vixit bello Pu-
 nico III. cuiusque meminit CICERO in *Bruto* & de
Oratore. Rectius subducunt rationes, qui vel cum
 GALVANO de *Vsufrectu C. XII. L. Scribonio Liboni, qui*
A. V. 1060. cum M. Antonio Consulatum gessit, vel
cum RAEVARDO l. c. p. 794. & GRAVINA de Leg. & Scis n. 66.
p. 378. huius nepoti L. Scribonio Liboni, qui A. V.
1060. cum Statilio Sisenna Tauro consul fuit, hanc
Legem tribuunt. GALVANO adsentitur B. GVNDLIN-
GIVS P. XXIX. Gundlingian. Obs. 3. §. 10. Hic igitur Scri-
 bonius ius antiquum reduxit atque ob rationem vetu-
 stam, quod seruitutum nulla sit possessio, earum pro-
 hibuit usucapionem WATER *L. II. Obs. C. 18. BRANCHI*
Obs. Iur. Rom. C. XVI. GRAVINA l. c. HEINECC. Ant. Rom. Lib.
II. Tit. 6. §. 6. SCHVLT. Iurispr. Anteiust. p. 256. n. 9. Equi-
 dem aliam rationem adfert SCHVLTINGIVS, nempe ne
 domini adeo facile libertate priuarentur iisque negli-
 gentia colonorum inquilinorumque sit damnosa; sed,

Quam ite-
 rum sustulit
 Lex Scribo-
 nia.

tekti? Vtrumque negatur per ea quæ docuit Vir celeberrimus C. 22. §. 7. *seq.* frustra dissentiente GRIEBNERO V. C. *diff. de eo quod iustum est circa feras e custodia dilapsas*

§. XVIII.

Cur rerum
incorporali-
um proprie
nulla sit nec
possessio nec
traditio, o-
stenditur.

Diximus §. XIII. proprie adquiri possessionem rerum corporalium l. 3. pr. D. de A. vel A. P. Cum enim veteres Icti, Stoicorum sapientiæ innutriti omnes reliquos sensus ad tactum tanquam primarium sensum referrent, corpusque definiebant, quod tangi posset SENECA Ep. 106. atque inde corpora sola esse res vero incorporales i. e. omnia iura non esse, sed intelligi adfirmarent cic. Top. C. V. consequebatur vt rerum incorporalium proprie nulla esset nec possessio, nec traditio l. 43. §. 1. D. de A. R. D. l. 4. §. 17. de Vsucap. NOODT L. II. Prob. c. 3. L. I. de Vsufr. c. 22. Celeb. HEINECCIUS Antiq. Rom. L. II. T. 2. §. 2. *seq.* THOMAS. ad HUBER. de iure Ciuit. p. 444. lit. g. Inde etiam THEOPHILVS interpres græcus ad tit. Inst. de obligat. res incorporales seu iura circa corpora vocat: *ius aliquo modo comprehensum & abstractum.* HUBER. L. IV. Digress. C. 3.

§. XIX.

Cum rerum
incorpora-
lium nulla
esset posses-
sio, admise-
ferunt quasi
possessio-
nem.
Indeque fer-
uitutum vsu-
captionem.

Cum igitur res incorporales non possideantur, consequens erat, vt vsucapi non possent, quia sine possessione non procedit Vsucapio l. 25. D. de Vsucap. & præterea in XII. TAB. de iis vsucapiendis nihil cautum esset. Scriptum enim erat: VSUS AVTORITAS FVNDI BIENNII: CETERARVM RERVM ANNVVS VSUS ESTO. Sed Icti animadvertentes, earum tamen esse *vsu*, hunc *vsu* pro possessione habuerunt atque in fori tritura feruitutum vsucapionem admitterunt. Inde CICERO pro Cec. C. XXVI. fundi vsucapionem

pionem legibus, seruitutum vero non legibus, sed civili iure i. e. disputatione Ictorum introductam esse diserte testatur: *Fundus*, inquit, a patre relinqui potest; at *vsucapio fundi*, hoc est *finis sollicitudinis & periculi litium*, non a patre relinquitur, sed a LEGIBVS: *aqueductus, haustus, iter, actus, a patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium a IVRE CIVILI sumitur.* RAEVARD. ad *L. Scribon. C. III. p. 799.* Imo *vsucaptas* fuisse seruitutes olim, euincit ipsa *Lex Scribonia*, dum earum *vsucapionem* iterum sustulit *l. 4. §. fin. D. de vsucap.* Nunquam enim Leges ea tollunt, quæ in usu non sunt. Interea cum Ciceronis tempore *vsucapi* possent seruitutes, facile est ad intelligendum, labi eos, qui *Legem Scriboniam* dicunt *plebiscitum*, rogatum a *Scribonio Tribuno Plebis*, qui vixit bello *Punico III.* cuiusque meminit *CICERO* in *Bruto & de Oratore.* Rectius subducunt rationes, qui vel cum *GALVANO de Vsufructu C. XII. L. Scribonio Liboni*, qui *A. V. 1900XX.* cum *M. Antonio* *Consulatum* gessit, vel cum *RAEVARDO l. c. p. 794. & GRAVINA de Leg. & Sctis n. 66. p. 378.* huius nepoti *L. Scribonio Liboni*, qui *A. V. 1900LXIX.* cum *Statilio Sisenna Tauro* *consul* fuit, hanc *Legem* tribuunt. *GALVANO* adsentitur *B. GVNDLINGIVS P. XXIX. Gundlingian. Obs. 3. §. 10.* Hic igitur *Scribonius* *ius antiquum* reduxit atque ob rationem *vetustam*, quod *seruitutum nulla sit possessio*, earum prohibuit *vsucapionem* *WATER L. II. Obs. C. 18. BRANCHV Obs. Iur. Rom. C. XVI. GRAVINA l. c. HEINECC. Ant. Rom. Lib. II. Tit. 6. §. 6. SCHVLT. Iurispr. Anteiust. p. 256. n. 9.* Equidem *aliam rationem* adfert *SCHVLTINGIVS*, nempe ne *domini adeo facile libertate priuarentur* iisque *negligentia colonorum inquilinorumque sit damnosa*; sed,

Quam iterum sustulit Lex Scribonia.

tecti? Vtrumque negatur per ea quæ docuit Vir celeberrimus C. 22. §. 7. seq. frustra dissentiente GRIEBNERO V. C. *diss. de eo quod iustum est circa feras e custodia dilapsas.*

§. XVIII.

Cur rerum
incorporali-
um proprie
nulla sit nec
possessio nec
traditio, o-
stenditur.

Diximus §. XIII. proprie adquiri possessionem rerum corporalium l. 3. pr. D. de A. vel A. P. Cum enim veteres Icti, Stoicorum sapientiæ innutriti, omnes reliquos sensus ad tactum tanquam primarium sensum referrent, corpusque definiebant, quod tangi posset SENECA Ep. 106. atque inde corpora sola esse, res vero incorporales i. e. omnia iura non esse, sed intelligi adfirmarent cic. Top. C. V. consequabatur, vt rerum incorporalium proprie nulla esset nec possessio, nec traditio l. 43. §. 1. D. de A. R. D. l. 4. §. 17. de Vsucap. NOODT L. II. Prob. c. 3. L. I. de Vsufr. c. 22. Celeb. HEINECCIUS *Antiq. Rom. L. II. T. 2. §. 2. seq.* THOMAS. ad HUBER. de iure Ciuit. p. 444. lit. g. Inde etiam THEOPHILVS interpret græcus ad tit. Inst. de obligat. res incorporales seu iura circa corpora vocat: ius aliquod mente comprehensum & abstractum. HUBER. L. IV. Digress. C. 3.

§. XIX.

Cum rerum
incorpora-
lium nulla
esset posses-
sio, admise-
ferunt quasi
possessio-
nem.
Indeque fer-
uitutum vsu-
cipationem.

Cum igitur res incorporales non possideantur, consequens erat, vt vsucapi non possent, quia sine possessione non procedit Vsucapio l. 25. D. de Vsucap. & præterea in XII. TAB. de iis vsucapiendis nihil cautum esset. Scriptum enim erat: VSUS AVETORITAS FVNDI BIENNII: CETERARVM RERYM ANNVVS VSUS ESTO. Sed Icti animaduertentes, earum tamen esse vsum, hunc vsum pro possessione habuerunt atque in fori tritura feruitutum vsucapionem admitterunt. Inde CICERO pro Cæc. C. XXVI. fundi vsucapionem

pionem legibus, seruitutum vero non legibus, sed civili iure i. e. disputatione Ictorum introductam esse diserte testatur: *Fundus*, inquiens, *a patre relinqui potest; at vsucapio fundi, hoc est finis sollicitudinis & periculi litium, non a patre relinquitur, sed a LEGIBVS: aqueductus, haustus, iter, actus, a patre: sed rata auctoritas harum rerum omnium a IVRE CIVILI sumitur.* RAEVARD. ad *L. Scribon. C. III. p. 799.* Imo vsucaptas fuisse seruitutes olim, euincit ipsa Lex Scribonia, dum earum vsucapionem iterum sustulit *l. 4. §. fin. D. de vsucap.* Nunquam enim Leges ea tollunt, quæ in usu non sunt. Interea cum Ciceronis tempore vsucapi possent seruitutes, facile est ad intelligendum, labi eos, qui Legem Scriboniam dicunt plebiscitum, rogatum a Scribonio Tribuno Plebis, qui vixit bello Punico III. cuiusque meminit CICERO in *Bruto & de Oratore.* Rectius subducunt rationes, qui vel cum GALVANO de *Vsufrectu C. XII. L. Scribonio Liboni, qui A. V. 1360. cum M. Antonio Consulatum gessit, vel cum RAEVARDO l. c. p. 794. & GRAVINA de Leg. §. Scis n. 66. p. 378. huius nepoti L. Scribonio Liboni, qui A. V. 1360. cum Statilio Sisenna Tauro consul fuit, hanc Legem tribuunt. GALVANO adsentitur B. GUNDLINGIVS P. XXIX. *Gundlingian. Obs. 3. §. 10.* Hic igitur Scribonius ius antiquum reduxit atque ob rationem vetustam, quod seruitutum nulla sit possessio, earum prohibuit vsucapionem WATER *L. II. Obs. C. 18.* BRANCHI *Obs. Iur. Rom. C. XVI.* GRAVINA *l. c.* HEINECC. *Ant. Rom. Lib. II. Tit. 6. §. 6.* SCHVLT. *Iurispr. Anteiust. p. 256. n. 9.* Equidem aliam rationem adfert SCHVLTINGIVS, nempe ne domini adeo facile libertate priuarentur iisque negligentia colonorum inquilinorumque sit damnosa; sed,*

Quam iterum sustulit Lex Scribonia.

recte arguente GUNDLINGIO, vnius rei plures esse possunt caussæ.

§. XX.

Sed Prætores
admiserunt
seruitutes
longo vsu
adquiri posse.

Prætores vero, vt salua esse videretur Legum auctoritas, negarunt quidem Vfus capi seruitutes, sed admiserunt tamen, eas longo tempore non vi, clam vel precario possessas adquiri posse, indeque qui longo tempore vsu erant seruitute adiuti fuerunt *L. 10. D. de seruit. vind. l. 1. §. fin. D. de aqu. & aqu. plu. arc. l. 1. 2. C. de seruit. & aqu. & Imperator Iustinianus rerum incorporalium præscriptionem indistincte probauit *L. f. C. de longi tempor. præscript.* His ita intellectis, facile est ad concludendum, rerum incorporalium esse quasi possessionem, quatenus earum vsus utilitatis causa pro possessione habetur. BERGER. *Elect. Proc. Poss. p. 176.* Nota inde pronuntiandi formula: *Daß Kläger bey der possess vel quasi der Huth und Triff-Gerechtigkeit auf des Besl. Feldern in summarissimo so lange zu schützen, bis Besl. in possessorio vel petitorio ein anders ausgeführet.**

§. XXI.

Earum tamen rerum, quæ ab aliis possessoribus vacuæ non sunt, adprehendi nequit possessio.

Denique necesse est, vt res, quarum possessio adprehenditur, ab aliis possessoribus sint vacuæ; *l. 2. C. de adqu. poss. cum duo pluresue eandem rem in solidum possidere non possint.* Non magis enim eadem possessio apud duos esse potest, quam vt tu stare videaris in eo loco, in quo ego sto, vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris. *l. 3. §. 5. D. eod. l. 5. §. fin. D. commod. l. 19. de precar.* Quod tamen de possessione eiusdem generis accipiendum. Nihil enim obstat, quo minus duo eandem rem singuli in *solidum* eodem tempore possideant *diuerso possessionis genere*, alter scil. *animo*, alter

alter corpore; prout id euenit in eo, qui precario dedit, & eo, qui precario rogauit, quorum hic corpore, ille animo possidere dicitur. l. 15. §. 4. de prec. Plura habet VOETIUS ad D. de A. vel A. P. §. 5. STRYCK. diff. de compossess. C. 1. n. 13. seq.

CAP. II.

De

Modis apprehendendi possessionem.

§. I.

Tralatitium est, acquisitionem vel *originariam* esse, vel *deriuatiuam*. Illa est rerum nullius; hæc illarum rerum, quæ domini voluntate ad alium proficiscuntur. Igitur facile est ad intelligendum, signo quodam *externo* opus esse, vt quis habendi affectum prodat reliquis, & dum rem suam in alium transferre cupit, clare, quid velit, significet accipienti. Sed cum de his iam C. I. §. 2. disputatum sit, postulat instituti ratio, vt porro ostendamus curate, aberrare a ianua ad vnum omnes, qui corporalem adprehensionem flagitant, vtque manu quasi & hasta prematur quod captum existimant. In quorum castris ipse militat Ictus summus CHRISTIANVS THOMASIVS ad HUBER. de Iure Ciu. p. 455. & aliam esse scribit acquisitionem possessionis intuitu rerum *mobilium*, aliam intuitu *immobilium*. In *mobilibus* ad acquirendam possessionem non sufficere putat adprehensionem rerum *nudam*, sed cum quadam *locomotione* coniunctam. Immobilia vero ex eius mente, quæ sunt nullius, ne quidem possideri incipiunt, nisi in quantum custodiuntur. Etenim *immobiles res*, inquit, *quæ sunt nullius*

Corporalem adprehensionem non esse necessariam sed sufficere si quis signo quodam externo i. e. verbis vel factis adquirendi voluntatem indicet, ostenditur.

tunc demum occupata esse censentur, si coeptae sunt custodiri
aut si coeperim solo uti ad id quod destinatum est natura e
usus duret. Verum enim vero alia nobis sedet senten
tia & sufficere credimus, si, qui occupat animum ha
bendi adprehendendique ostendat clare idque vel *ver
bis* vel *factis*. Quod evidentissime demonstravit I
GVNDLING. P. XXXI. Gundlingian. Obs. 1. §. 7. Die Erklär
rung oder Verkündigung solches Willens aber kan
durch Worte und durch Wercke geschehen. Es kan si
niemand entschuldigen, die Worte wären nicht klar g
nuq. Umgewandt! die Worte sind fast klärer als d
facta. Et §. 13. den modum occupandi vermag keiner
dem natürlichen Zustand zu determiniren, daferne ein
mahl von der sufficienten und deutlichen Willens Er
klärung abgegangen wird. Denn warum soll derjen
ge ein grösser Recht zu einer Sachen, welche allgemei
und nullius ist, haben, der den Fuß darauf setzet, ode
die Hand darauf leget, als der andere, welcher sich di
selbe zuvor mit Worten bedungen? Würdet dann de
Fuß oder die Hand eine bessere und kräftigere Anzeig
des Eigenthums, als mein Wort und vernehmliche Er
klärung, daß mir dieses eigen seyn solle, bevorab da si
eine solche erwählte Sache nicht selbstem beweget, oder d
von fliehet, oder wegläufft? Alle vernünftige Men
schen müssen ja gestehen, daß man seine Haabe nicht j
derzeit mit sich trage, und sein Vermögen nicht, wie d
Schild-Kröten ihr Dach und Schild, beständig mit si
schleppen, oder jederzeit den Fuß darauf behalten könn
Also müssen sie ja zugeben, quod animo minimum r
tineatur dominium & signo. Warum soll nun selbige
nicht auch mit Worten können adquiriret werden, weld
gewisse Zeichen meines Willens sind?

§. II.

Quæ cum ita sint nemo non animaduertit, frustra esse eos, qui discrimen inter adprehensionem rerum *mobiliū, immobilium & mouentium* excogitant BARBEYR. *ad PVFEND. L. IV. C. 6. §. 9. n. 1.* Etenim cum occupatio sit: *rerum nullius animo sibi habendi adprehensio*, consequitur, ut ea mente corporeprehendamur possessionem, ut intelligant reliqui, eam non amplius esse vacuum nobisque ius nostrum, quod per occupationem quæsiuimus, non interuertant. Recte igitur TITIVS *ad PVFEND. obseru. CCXCII. & CCXCIII. etque Iur. priuat. L. III. c. 5. §. 14. seq.* obseruat, occupationem saltem requiri ut *medium adquisituri voluntatem aliis indicandi* indeque alios actus voluntatem æque indicantes, veluti *visum, iaculi emissionem* eiusdem cum occupatione esse efficaciam. Quod si igitur plures circa rem adquirendam concurrant, nec *usus*, nec *occupatio*, nec *iaculi emissio* dominium vni tribuit, sed illa potius omnibus communis est, cum omnes *simul* signo idoneo possidendi animum habendique affectum prodiderint. Nam si quis eorum prior voluntatem suam indicauerit, vacua non amplius erit possessio resque a reliquis sine iniuria ei eripi nequit. Inde etiam SENECA *Epist. ad Lucilium 117. Quorrens, inquit, aliquid inueni, non exspecto donec dicas, IN COMMUNE, ipse mihi dico.* & apud PHAEDRVM hæc occurrunt.

Inuenit caluus forte in triuio pectinem.

Accessit alter æque defectus pilis;

*Heia, inquit, est COMMUNE QUODCVNQVE
EST LVCR.*

Cum occu-
patio ut m-
dium, adq-
situri volu-
tatem alii
indicandi
confidere-
tur, conse-
quens est,
alii actus æ-
que volun-
tatem indica-
tes eiusdem
sint efficaci-

§. III.

Ex dictis facile componi potest lis agitata inter Andrios & Chalcidenses de ciuitate ACANTHON.

Quibus ita intellectis citra pulueris iacturam componi potest lis agitata olim inter Andrios & Chalcidenses, quam enarrat PLVTARCHVS *Questio. Græc. T. II. p. 293.* Andrii, inquit, & Chalcidenses cum nauigassent in Thraciam, sedium petendarum caussa SANEN urbem proditione sibi traditam COMMUNI IUI occuparunt. Vbi vero audiuerant, ACANTHVM a barbaris esse derelictam, duos emiserunt exploratores. Hi postquam ad urbem accessissent, intellexissentque, hostes omnino abesse, Chalcidensis quidem præcurrit, Chalcidensibus suam urbem occupaturus. Andrius vero, ubi illum consequi non poterat, hastam proiecit; qua portæ urbis validissime infixæ, dixit, se illa IPSA HASTA urbem liberis Andriorum suorum præoccupasse. Ex ea re cum dissensio existeret, ne moto bello Andrii & Chalcidenses inter se ita conuenissent, ut Erythræis & Samiis, Pariisque uterentur arbitris. Postquam vero Erythræi & Samii suffragati fuerant Andriis, solique Parii steterant pro Chalcidensibus; eo loco Andrii execrati sunt Parios, uoueruntque se nunquam illis duros, neque ab iisdem petituros esse uxores. Sed rectius fecissent arbitri, si ad utrosque ciuitates ACANTHON pertinere pronunciaissent, præsertim cum utrique communi nomine miserint exploratores. Quod recte vidit BARBEYR. ad PVFEND. L. II. C. 6. §. 8. n. 2. Mais je m'etonne, qu'on ne voit pas, qu'dans l'exemple dont il s'agit, il y a une raison particulière, qui fait que ni la course, de l'espion Chalcidien, ni le trait décoché par l'espion Andrien ne seruoit de rien pour faire que l'un ou l'autre pris possession en particulier au nom de ses compatriotes de la ville, dont il s'agissoit. C'est qu'ils estoient sans doute enuoiez de la part de tous

APPREHENDENDI POSSESSIONEM. 23

la Colonie: ainsi ils ne pouvoient s' emparer de cette ville qu'en commun; quelque idée qu' on ait d'ailleurs de la nature de la prise de possession par droit de premier occupant. Et qui BARBEYRACIVM sequitur GVNDL. l. c. n. 21.

§. IV.

Quemadmodum itaque nobis firmum eumque esse videtur, ad acquisitionem rei non præcise requiri *adprehensionem corporalem*, sed animo solo, simul ac ille idoneo signo prodatur, adquiri possessionem; ita operæ pretium erit, ut, quæ fuerit olim veterum ICtorum sententia, curate exponamus. Qua in re facem nobis prætulit ICTus insignis GERH. NOODT L. II. Prob. C. 6. ostenditque clare, eos in diuersas abiisse sectas. Equidem verum esse diximus C. 1. §. 1. quod scripsit NERVA filius l. 1. §. 1. de Acquir. poss. ex naturali possessione dominium cæpisse; sed is accepit naturalem possessionem de ea tantum, quæ opera manuum aut pedum quæritur, adeoque solo animo naturaliter adquiri posse possessionem negauit, quod facile intelligitur ex l. 3. §. 13. 14. eod. Probauit eius sententiam PAVLVS l. 3. §. 1. l. 8. eod. l. 153. de R. I. Et adipiscimur, inquit, possessionem corpore & animo: neque per se ANIMO, aut per se CORPORE. Et TRIBONIANVS §. 5. I. de Interdict. nec vlla dubitatio est, quin ANIMO SOLO adipisci possessionem nemo possit. Rectius sane PROCVLVS l. 55. de A. R. D. adserit: me apri laqueis meis hærentis possessionem adquisiuisse videri, si laqueos in meo fundo alienoue permisso domini posuerim, etsi non accesserit corporalis adprehensio. Voluit enim PROCVLVS recte arguente NOODTIO considerari modum, quo aper hæsit, id est, *animum* Titii, dum effectum fortiri possit, sufficere; *corpus* non utique desidera-

Dissensus veterum ICtorum enarratur.

ri: denique si quid desit ei ad naturalem possessionem, id profus *animo impleri*. Concinit GVNDL. l. c. §. 17. Secutus est PROCVLVS TREBATIVM statuentem l. 5. §. 1. D. de A. R. D. feram bestiam, quæ ita vulnerata sit, vt capi possit, statim nostram esse & eo vsque nostram esse videri, donec eam persequamur. Quod tamen displicuit CAIO plerique, inquenti, non aliter putauerunt eam nostram esse, quam si eam ceperimus: quia multa accidere possunt, vt eam non capiamus: quod & verum est. Qua etiam motus ratione IVSTINIANVS repudiavit Trebatii opinionem atque in occupatione rerum nullius plenissimam capionem introduxit §. 13. l. de R. D. GVNDL. l. c. §. 9. seq. & Iure Nat. C. XX. §. 14. C. XXII. §. 3. seq.

§. V.

Interea ex eadem ratione NERATIUS & PROCVLVS l. 3. §. 3. de A. P. scripserunt: & SOLO ANIMO possessionem, si non antecedar naturalis possessio. Ideoque si thesaurum in fundo meo positum sciam, CONTINVO me possidere, simulatque POSSIDENDI AFFECTVM habuero: quia quod desit naturali possessioni, id ANIMVS IMPLET. Expungendam enim esse particulam NON nemo non videt, cum contradictoria locutos non fuisse ICTOS credendum sit. Sed nonne sibi contradicerent manifesto, si solo animo adquiri possessionem negarent & tamen thesaurum, qui est in fundo meo, solo animo me possidere, etsi non antecedar naturalis possessio, adfirmarent? Igitur hanc NOODTII emendationem non suadent solum exempla subiuncta, sed etiam postulat PROCVLO opposita SABINI sententia a PAVLO c. l. 3. §. 3. probata: *Quidam putant SABINI sententiam veriore esse: nec alias eum, QU*

Probat
Noodtii
emendatio
l. 3. §. 3. de
A. P.

SCIT, possidere: nisi LOCO MOTVS sit; quia non sit sub
CVSTODIA nostra, quibus consentio. VOET. de A. P. §. 10.
MÉRILL. L. II. Obs. C. 31.

§. VI.

Quemadmodum itaque traditionem ad domini translationem Iure naturali necessariam non esse diximus C. 1. §. 2. ita comprehensu non est difficile, omnia quæ de corporalis adprehensionis necessitate disputantur ad Legislationem arbitriariam pertinere; quæ sæpe nec videnti, nec verbis signisque idoneis animum affectumque declaranti aliquid iuris tribuit, sed, vt libetibus præcludatur fenestra, signum evidentissimum cum adprehensione & custodia coniunctum requirit
GVNDL. Iur. Nat. C. XX. §. 14. C. XXII. §. 4.

Ex disputa
hactenus
conclud
ea, quæ
corpora
adprehe
nis nec
tate adf
runt, ad
gislacion
arbitrari
pertiner

§. VII.

Hæc de acquisitione originaria. Quod deriuatiuam attinet, facile ex iis, quæ hactenus disputauimus, intelligitur, in diuersas iuisse veteres ICtos sententias. LABEO enim cum eoque PROCVLVS & NERATIVS censuerunt, quarundam rerum nos solo animo adipisci possessionem L. 51. de A. P. vbi: Quarundam rerum ANIMO adipisci nos possessionem ait LABEO, veluti si aceruum lignorum emerit & eum venditor tollere me iusserit, simulatque CVSTODIAM posuissim, TRADITVS mihi videtur. Idem iuris esse vino vendito, cum vniuersæ amphoræ vini simul essent. Probat hanc Labeonis sententiam PRISCVS IAVOLENVS: Sed videamus, inquit, ne hæc IPSA CORPORIS TRADITIO sit: quia nihil interest, utrum mihi, an & cui libet iusserim, custodia tradatur? In eo puto hanc questionem consistere, an, etiamsi CORPORE aceruus, aut amphoræ adprehensæ NON SVNT, nihilominus TRADITAE VI DEANTVR? Nihil video interesse, utrum ipse aceruum, an

Veterum
ICtorum
sensus qu
adquirit
nem der
tiuam en
ratur.

mandato meo aliquis custodiat: utrobique enim ANIMI QVOD DAM GENERE possessio erit aestimanda. Eiusdem PRISCI sententiam refert PAVLVS l. 1. §. 21. eod. si iusserim venditorē procuratori rem tradere, cum ea in PRAESENTIA sit: videri mihi traditam PRISCVS ait. Idemque esse si nummos debitorē iusserim alii dare: NON EST ENIM CORPORE ET ACTV (tactu) NECESSE ADPREHENDERE POSSESSIONEM, SEU ETIAM OCVLIS ET AFFECTV. Et argumento esse eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, v. g. columnas: nam pro traditis eas haberi, si in re presentibus consenserint: & vina tradita videri, cum clauēs cellæ vinariæ emtori traditæ fuerint. Legendum vero esse pro ACTV, tactu eleganter obseruauit ANTON. FABER. de error. Pragm. P. III. Dec. 75. err. 2. Probat hanc emendationem NOODT l. c. Idem adfirmat CELSVS l. 18. §. 2. eod. si venditorē, inquit, quod emerim, deponere in mea domo iusserim: possidere me certum est, quamquam id nemo dum attigerit. Aut si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre demonstrat, VACVAMQVE SE POSSESSIONEM TRADERE DICAT, non minus possidere cæpi, quam PEDEM FINIBVS INTVLISSEM.

§. VIII.

Possessionis adprehensio est vel vera vel ficta.

Quid sit vera exponitur.

Sed varia est possessionis adprehensio, ex obiectione facil. natura. Iam enim obseruauimus C. 1. §. 13. & 18. proprie possideri res corporales, quæ sunt in rerum natura & commercio. Harum igitur possessionem adprehendimus vel vere, vel ficte. E contra rerum incorporalium, cum vere non possideantur, quasi est & analogica possessio. Dicitur autem vera possessionis adprehensio, quando rem teneo eique corpore meo incumbo, ita tamen, vt si quidem corpora sint vnita, aut connexa, non opus sit, vt, qui fundum possidere velit

omne

APPREHENDENDI POSSESSIONEM. 27

omnes glebas circumambulet, sed sufficiat, quamlibet partem eius fundi introire, dum *mente & cogitatione* hac sit, *vti totum fundum* vsque ad terminum possidere velit. *l. 3. §. 1. de A. P.* E contra si corpora ex distantibus corporibus constent omnibus partibus simul præsentibus v. c. toto grege præsentem vnus corporis adprehensione tota vniuersitas adprehenditur; disiunctis vero ita loco, vt nec, si velimus, possimus tunc singula corpora, quibus totum constat, adprehendere, singula separatim sunt adprehendenda. *arg. l. 30. de Vfuscap. BERG. Elect. Proc. Poss. §. 8. STRVVIVS Exerc. XLII. §. 16. ibique MULLER.* Igitur si res sit *mobilis* manibus adprehendenda *l. 1. §. 1. 21. de A. P.* si vero *immobilis* in eam intrandum est. *l. 3. §. 1. D. l. 2. C. eod.* Vt tamen eo ipso totius possessio intelligatur adprehensa.

§. IX.

Hæc de adprehensione **VERA**. Sequitur **FICTA**, quam *brevi longaue manu* vel *nota* aliqua aut *symbolo* veram representate fieri dicunt. **BREVI MANU** adprehensa creditur possessio, cum naturali detentione præexistente, aliquis animo sibi habendi ex noua causa rem possidere incipiat, veluti si rem, quam commodavi, aut locavi tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi: licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, quod patior, eam ex causa emtionis apud te esse, tuam efficio *l. 9. §. 5. l. 21. §. 1. de A. R. D. §. 43. Inst. de R. D.* Fingi hic putant, rem tibi commodatam, aut locatam a te Domino restitutam & ab hoc tibi iterum traditam adeoque a te ex noua causa animo & affectu tibi habendi adprehensam fuisse possessionem. Vt vero actus aliquis, qui pro traditione sit, fingatur, suadere videntur verba *l. 62. pr. D. de euict. §. c. §. 43. Inst. de R. D.* cum ita

Fictam vel brevis longaue manus v. symbolicam esse dicunt. Speciatim ostenditur quid sit ficta brevis manu

mandato meo aliquis custodiat: utrobique enim ANIMI QVOD DAM GENERE *possessio erit aestimanda.* Eiusdem PRISCI SENTENTIAM refert PAVLVS l. 1. §. 21. eod. *si iusserim venditorem procuratori rem tradere, cum ea in PRAESENTIA sit: videri mihi traditam* PRISCVS ait. *Idemque esse si nummos debitorem iusserim alii dare: NON EST ENIM CORPORE ET ACTV (tactu) NECESSE ADPREHENDERE POSSESSIONEM, SED ETIAM OCVLIS ET AFFECTV.* Et argumento esse eas res *quæ propter magnitudinem ponderis moueri non possunt, v. columnas: nam pro traditis eas haberi, si in re presentibus consenserint: & vina tradita videri, cum claues cellæ viniariæ emtori traditæ fuerint.* Legendum vero esse pro ACTV, tactu eleganter obseruauit ANTON. FABER. *de error. Pragm. P. III. Dec. 75. err. 2.* Probat hanc emendationem NOODT l. c. Idem adfirmat CELSVS l. 18. §. 2. eod. *si venditorem, inquit, quod emerim, deponere in mea domo iusserim: possidere me certum est, quamquam id nemo dum attigerit. Aut si vicinum mihi fundum mercato venditor in mea turre deponeret, VACVAMQVE se POSSESSIONEM TRADERE DICAT, non minus possidere cæpi, quam si PEDEM FINIBVS INTVLISSEM.*

§. VIII.

Possessionis adprehensio est vel vera vel ficta.

Quid sit vera exponitur.

Sed varia est possessionis adprehensio, ex obiecti scilicet natura. Iam enim obseruauimus C. 1. §. 13. & 18. proprie possideri res corporales, quæ sunt in rerum natura & commercio. Harum igitur possessionem adprehendimus vel vere, vel ficte. E contra rerum incorporearum, cum vere non possideantur, quasi est & analogica possessio. Dicitur autem vera possessionis adprehensio, quando rem teneo eique corpore meo incumbo, ita tamen, vt siquidem corpora sint vnita, aut connexa, non opus sit, vt, qui fundum possidere velit,

omnes

APPREHENDENDI POSSESSIONEM. 27

omnes glebas circumambulet, sed sufficiat, quamlibet partem eius fundi introire, dum *mente & cogitatione* hac sit, *vti totum fundum* vsque ad terminum possidere velit. *l. 3. §. 1. de A. P.* E contra si corpora ex distantibus corporibus constent omnibus partibus simul præsentibus v. c. toto grege præsentis vnius corporis adprehensione tota vniuersitas adprehenditur; disiunctis vero ita loco, vt nec, si velimus, possimus tunc singula corpora, quibus totum constat, adprehendere, singula separatim sunt adprehendenda. *arg. l. 30. de Vfuscap. BERG. Elect. Proc. Poss. §. 8. STRVVIVS Exerc. XLII. §. 16. ibique MVLLER.* Igitur si res sit *mobilis* manibus adprehendenda *l. 1. §. 1. 21. de A. P.* sin vero *immobilis* in eam intrandum est. *l. 3. §. 1. D. l. 2. C. eod.* Vt tamen eo ipso totius possessio intelligatur adprehensa.

§. IX.

Hæc de adprehensione **VERA**. Sequitur **FICTA**, quam *brevi longaue manu* vel *nota* aliqua aut *symbolo* veram representate fieri dicunt. **BREVI MANU** adprehensa creditur possessio, cum naturali detentione præexistente, aliquis animo sibi habendi ex noua causa rem possidere incipiat, veluti si rem, quam commodavi, aut locavi tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi: licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim, eo tamen, quod patior, eam ex causa emtionis apud te esse, tuam efficio *l. 9. §. 5. l. 21. §. 1. de A. R. D. §. 43. Inst. de R. D.* Fingi hic putant, rem tibi commodatam, aut locatam a te Domino restitutam & ab hoc tibi iterum traditam adeoque a te ex noua causa animo & affectu tibi habendi adprehensam fuisse possessionem. Vt vero actus aliquis, qui pro traditione sit, fingatur, suadere videntur verba *l. 62. pr. D. de euict. §. c. §. 43. Inst. de R. D.* cum ita

Fictam v
brevis lon
ue manu
symbolic
esse dicit
Speciati
ostendit
quid sit
brevis ma

res pro tradita habeatur & *perinde sit ac si eo nomine res tradita* ex eaque traditione adprehensa sit possessio. Senobis verius videtur, nulla hic opus esse fictione, cur sufficere possit vtriusque voluntas ad rem ex alia causa animo & affectu sibi habendi possidendam. Nam frustra finguntur actus, quibus facile carere possumus. Imo quid interest, titulumne præcedat, an sequatur possessio? TITIVS *Iur. priu. l. 1. c. 9. §. 7.* Neque obsta antea nudam detentionem, quam quandoque naturalem dicunt possessionem, penes eum fuisse. Nam quid deest possidendi modo, id animo impleri certum est. Et hoc etiam sensu omnino accipienda sunt verba CELSI *c. l. 62.* & Imperatoris *c. §. 43.* Tantum enim abest, ut hanc fictionem requirant, ut potius expressè dicant CAIVS *c. l. 9. §. 5.* & Imperator *c. §. 43. sine traditione nudam voluntatem domini sufficere ad rem transferendam.* Vix tamen *l. 43. §. 1. de Iur. dot. sine fictione* commode intelligi potest. VLPPIANVS enim ponit casum, ubi creditor debitori marito accepto tulit dotis constituendæ causa, quæ *acceptilatio* tacitam continet conditionem, *si nuptiæ sequantur.* Igitur iis non insecutis liberatio non sequetur, nisi forte creditor sic accepto tulit, *ut velit mulieri in totum donatum.* Tunc enim credendum est, breui manu acceptum a muliere & marito datum. Cæterum mulieri per liberam personam *CONDICTIO* adquiri non potest. Nemo non animaduertit, hic fingendum esse, breui manu a muliere acceptum & marito datum fuisse. Sine hoc enim fictionis incantamento, id quod donatum, mulier condicere non potuisset, cum non permittant tricæ Iuris Romani, ut quis alteri stipulari possit, quia inuentæ sunt stipulationes atque obligationes ad hoc, ut vnusquisque adquirat sibi quod

sua interest. §. 6. *Inst. per quas person. cuique adquir.* §. 4. 8. *Instit. de inutil. stipulat.*

§. X.

LONGA autem MANU adprehensio possessionis fieri dicitur, quando res in conspectu creditoris ponitur vel oculis demonstratur, veluti si venditor fundum in turri demonstrat, vacuumque se tradere dicat possessionem *l. 18. §. 2. de A. P.* vel creditor pecuniam, aut aliam rem, quam ei debet, in conspectu suo ponere iubeat debitorem. *l. 79. de solut.* Pecunia enim non tradi dicitur, sed numerando in hoc datur, ut accipientis fiat. Quod si igitur consentiente creditore in folle tradatur eoque iubente in eius conspectu ponatur, facile intelligitur, traditionem longa manu fuisse factam *per cit. l. 79. de solut.* Vnde etiam tunc statim periculum est creditoris, quod alias in eum non, nisi numeratione facta, transiret. *l. 35. §. 5. de contrab. emt.* Aliud exemplum traditionis longæ manus occurrit in *act. Apost. C. IV. v. 34. & 35.* in his verbis: *Nec enim quisquam eorum erat egenus. Nam quotquot prædia aut domos habebant, vendebant, & venditorum pretia adferebant, & AD PEDES PONEBANT Apostolorum.* Eleganter hic quidem S. R. LINDHAMMER in *comment. ad act. Apost.* observat: *Einem etwas zu Fußsen legen, war bey den Alten ein Zeichen der Ehrerbietigen Unterwerffung und Dienstwilligkeit.* *CIC. orat. pro Flacco. C. XXVIII. ANTE PEDES Prætoris in foro expensum est auri pondo centum. de Offic. LIB. III. pro se quisque, quod ceperat, adferebat: ANTE PEDES PYTHII pisces adiciebantur.* Sed nos addimus, hanc traditionem atque adprehensionem, ideo longa manu fuisse factam, quia pretia rerum venditarum in conspectu Apostolorum ponebant. De cetero iterum eos decipi putamus,

Quomodo
longa manu
adquiratur
possessio
ostenditur.

qui hic res traditas atque adprehensas fingi existimant. Rectius HUBERVS *ad I. de R. D. §. 57.*, licet *breuis manu* fictionem admittat, hanc explodit, veramque, et insolitam agnoscit traditionem & adprehensionem cum ficta adesse nequeat traditio, vbi actus vere celebratur.

§. XI.

Quid sit symbolica adprehensio exponitur.

Denique nota aliqua & symbolo adprehensa censetur possessio v. c. si claues cellæ vinariæ vel horre traditæ sint *l. 1. §. 21. de A. P. §. 44. I. de R. D. l. 9. §. 6. eod.* vel trabes venditæ ab emtore signatæ sint *l. 14. §. 1. de peric. & commod. rei vend.* vel hic volente venditore custodem adposuerit *l. 51. de A. P.* vel instrumentum, in quo re consignatæ, traditum fuerit *l. 1. C. de donat.* Pertinet huc etiam effestucatio, (*) quæ est traditio solenni

(*) Elegans est obseruatio Celeberrimi HEINECCI *Antiq. Rom. L. IV. Tit. 6. §. 24.* litigantes *festu- cam* attulisse in ius, cum de domus possessione controuersia fuerit. Quam frustra sollicitauit BRANCHV v. c. *Obs. Iur. Rom. C. XV. p. 84.* confutatus a B. GYNDLINGIO *diff. de Rei Vind. C. I. §. 5. p. 6.* atque ab ipso HEINECCIO *l. c.* in nota subiecta. Etenim perperam negat, GELLIVM aliarum rerum non meminisse, sed de solo fundo loqui. Præclare enim docuit GYNDLINGIVS omnino aliarum rerum mentionem iniicere GELLIVM *L. XX. C. 10.* Nam *manum conferere*, inquit, est, de qua *disceptatur in re presenti, siue AGER, siue QUID ALIVM est, cum aduersarium simul manu prenderet, in eadem re solemnibus verbis vindicare, id est VINDICIA correpta manu in re atque in loco presenti.* Cum igitur de possessione domus controuersia esset, ve

ter in iudicio facta, cum venditor festucam siue baculum manu tenens eumque abiiciens cedere se possessione alteri declarat. Et his modis ipsam transferri possessionem, vt non opus sit alia apprehensione ostendit SANDIUS *de effestucat. C. II. n. 8. seq.* HVB. *l. c. §. 58. du FRESNE in Gloss. voc. festuca* vbi obseruat, festucare idem esse, quod *effestucare*; infestucare autem significare in possessionem mittere, *adheritare*. Est autem hæc *effestucatio* maxime frequens in GELDRIA diciturque *Opdracht*, siue *transport*. Ad fine quid occurrit in SAXONIA, LVSATIA aliisque Germaniæ

ro est simile, *festucam* in ius fuisse adlatam. Gleba enim, quæ agrum repræsentabat, hic nullum inueniebat locum. Dum igitur GELLIUS *de vi effestucaria* loquitur, & exempli loco ostendit, quale pro AGRO symbolum elegerint Romani, omnino ad *festuce* symbolum in vindicandis ædificiis vsitatum, respexisse videtur. In quo sum eo fidentior, cum ex FRENAEO obseruauerim, tradere prædium apud Francos fuisse *effestucare*, quos plerasque solemnitates iuris adoptasse a Romanis tam certum est, quam quod certissimum. Imo, si vera sunt, quæ notauit ISIDORUS *de Origin L. IV. c. 24. veteres, quando sibi aliquid promittebant, STIPULAM tenentes frangebant, quum iterum iungentes, SPONSIONES suas agnoscebant.* Probauit hænc coniecturam GUNDL. *P. VII. Gundl. Obs. 4. §. 6.* creditque stipulata manu promittere, significare promittere stipula data; aut recepta aut retenta. *vid. SCHILTER Exerc. VIII. §. 5. lit. c.* vbi notat ex LEHMANNI *Chronico Spirensi L. II. c. 30.* etiam stipularum vsum apud Germanos olim vsitatum fuisse.

nia Prouinciis, cum creditor mittitur in bona de
 bitoris immobilia, vbi scil. ea peragitur actu real
 i. e. amputatione rami, vel exfectione festucæ, durch
 Ausschneidung eines Spahns aus der Thir oder au
 einem Baum. STRYCK *V. M. de A. R. D. S. 36.* Imo LE
 BENWERDAE, quæ in electorali Saxonia sita, frond
 viridi interueniente peragitur inuestitura immobi
 lium allodialium, die Lehn wird an denen unbeweg
 lichen Gütern Ubralter Stadt Observanz nach ver
 mittelst eines grünen Reiffes gereicht. BERGER. *æcon*
Iur. L. II. T. 2. §. 19. BEYER. *Spec. Iur. Germ. L. I. C. 19. §. 1.*
 Et olim res magni momenti *hasta*, mediocres *virga*
minimæ culmi interuentu tradebantur, obseruant
 LEHMANNO *Chron. Spir. L. II. C. 30.* Cuius etiam ve
 stigium occurrit in *Ord. prou. Henneb.* Alle Verzicht
 Bermächniß und Ubergab an unsern Land-Gericht
 mit Mund und Salm übergeben ꝛc. Pari ratione ape
 syluestres in syluis & nemoribus mellificantes, it
 demum domino syluæ acquiri voluerunt Germani
 si hic eas inuenerit & *arborem*, cui insident, *signau*
rit certo caractere & SYMBOLO POSSESSIONIS SCHI
 TER *Exerc. XLV. §. 16.* vbi Leges Longobardorum &
 Wisi-Gothorum adlegat. Apud DANOS nota fu
 SCOTATIO traditæ & adprehensæ possessionis euiden
 signum & argumentum *C. 2. X. de Consuet.* de qua ele
 gans extat obseruatio in *Gundling. P. VII. 4.* Fuerunt
 vero apud plerasque maxime Germaniæ originis
 septentrionales gentes hoc fine excogitata symbola
 signa translata & adprehensæ possessionis, vt animu
 & affectus habendi eo clarius prodatur, cum con
 uentiones in scriptis non celebrarent, recte arguen
 te GVNDLINGIO *l. c. §. 7.* Es ist kein Wunder, da d
 Deutsch

Teutsche und Mitternächtsche Völcker keine scriptur in ihren Handlungen gebraucht, dieselben auf solche äußerliche Zeichen verfallen, deren sie sich bey den endlichen Schluß und Erfüllungen ihrer Veräußerungen bedienet. Interea tamen requiruntur, ob lites præscindendas, signa clara & perspicua, vt animi nostri sententia reliquis innotescat, quod iterum præclare obseruat. GVNDL. l. c. §. 6. In allen republikuen müssen die Regenten auf deutliche Zeichen bedacht seyn, damit nach der Zeit kein Gezäncke entstehe und zu weitläufftigen Streit und processen Thor und Thür geöffnet werde. Conf. Celeb. HOFFMANNI diff. de Iurispr. symb. C. III. Quam variis de cetero Germani symbolis in inuestiturarum solennibus aliisque negotiis, veluti vexillis, sceptris, loriceis, gladiis, baculis, pileis, clauibus similibusque fuerint vsi, nemini non notum & a viris doctis luculentis commentariis expositum est. Conf. ILL. BÖHM. Iure Eccles. prot. L. III. Tit. 7. §. II. Quemadmodum vero negauimus, adprehensionem possessionis, quam *longæ manus* dicunt, fictionem continere; ita etiam in *symbolica* nihil fingitur, sed *vere* acquiritur possessio signisque & symbolis animi sententia atque voluntas transferentis & accipientis perspicue indicatur.

§. XII.

Hactenus de rebus *corporalibus*. Superest, vt de *In iuribus*
incorporalibus paucis dispiciamus. Quod si vero earum *vsus & exer-*
 naturam & indolem intueamur, facile est ad intelligen- *citium est lo-*
 dum, earum non *veram*, sed *impropriam & analogicam* *co adpre-*
 esse traditionem atque adprehensionem, cum impos- *hensionis.*
 sibile sit, vt accedat contactus aliquis corporeus. l. 3.
 §. 1. de A. P. l. 43. de A. R. D. Exercitium itaque & vsus
 iurium est loco adprehensionis, ex iisque actibus pro-
 batur

batur quasi possessio, vti ostendemus C. III. §. 3. BERG
Elect. Proc. Poss. §. 9. 10. 19.

§. XIII.

Si ipso iure
transit pos-
sessio, nulla
adprehensio-
ne opus.

Disquiratur
an suus heres
Iure Roma-
no opus ha-
beat adpre-
hensione
possessio-
nis?
idque nega-
tur.

De Cetero nulla adprehensione, siue ea corpora
siue *animo* fiat, opus est, si *ipso iure* in aliquem transi
possessio. Quod exemplo heredis, præfertim legi-
timi, secundum mores & instituta variarum gentium
probauimus C. 1. §. 3. seq. simulque in nota subiecta ob-
seruauimus, id Latii Legibus plane esse aduersum
cum possessio, nisi corporaliter adprehensa, ad heredem non
pertineat l. 23. de A. P. Interea tamen quæstio est pul-
cræ disceptationis: an suus heres necesse habeat, vt ad-
prehendat possessionem rerum hereditariarum? Equi-
dem nemini non notum est, eum esse ipso iure here-
dem & statim a morte parentis ei quasi continuari do-
minium & ignorantibus atque inuito *ipso iure* adquiri he-
reditatem *l. 1. §. 7. si quis omiss. caus. testam. l. 14. de suis &*
Legitim. §. 3. Inst. de success. quæ ab intest.; sed, cum do-
minium ei continuari dicatur, negant possessionem
ad eum transire, nisi naturaliter adprehensa sit per
l. §. 3. l. 8. de A. P. l. 19. ex quib. caus. maior. Tametsi enim
existentia in suis heredibus parem vim habeat cum
aditione in extraneis; tamen maiorem ei vim inesse
putare & fortius operari valde absurdum esse, scribit
VINNIUS *ad c. §. 3. Inst. n. 1.* Verum enim vero elegante
obseruat CORN. van BYNKERSHOEK *L. II. Obs. C. 1. quod i-*
la, quæ patris sunt, etiam viuo eo liberorum esse cre-
dantur tam DOMINIO §. 2. Inst. de hered. qual. & differen-
quam POSSESSIONE l. 2. §. 2. pro hered. Quæ cum ita sin-
morte defuncti suo heredi, qui cum defuncto possi-
dit, amissa esse non potuit possessio, recte arguen-
B. BRANCHV *Dec. II. Obs. C. 20. p. 275.* sed quemadmodum
dom

dominium, ita etiam possessionem continuat & non hereditatem percipere videtur, sed MAGIS LIBERAM BONORUM ADMINISTRATIONEM consequitur *l. ii. de Liber. & posth.* Neque ab hac sententia nos dimouent, quæ in contrarium disputat VINNIUS. *Primo* enim leges, quas allegat, nihil aliud euincunt, quam possessionem facti adeoque adprehendendam esse, quod nos non ferit; *deinde* existentia sui heredis non facit, vt mortuo demum patre possidere incipiat, sed vt possessionem, quam viuo eo iam habuit, continuet & magis liberam bonorum administrationem consequatur. Accedit in *l. 23. de A. P.* de herede extraneo agi, in quem adita hereditate omnia quidem iura trans-eunt, non vero transit possessio, nisi naturaliter adprehensa. Quam nostram sententiam etiam tuctur VIR ILLVSTRIS FRIDERICIANAE CANCELLARIUS DN. de LV-DEWIG *Opusc. Miscell. T. II. L. 4. Opusc. Differ. 1. lit. bb. p. 1294.* eleganti adparatu.

CAP. III.

De

Effectibus adprehensæ pos-
sessionis.

§. I.

Postquam de MODIS adprehendendi possessio-
nem differuimus, instituti nos monet ratio,
vt ad EFFECTVS adprehensæ possessionis pro-
grediamur. Cum enim longe commodius sit
& potius possidere quam petere, ideo plerumque &
fere semper ingens existit contentio de ipsa possessio-
ne §. 4. *l. de Interd.* Igitur caute agunt, qui interdicto

Ob insignia
possessionis
commoda
caute agun
qui interdi
&to aliquo
eam nancif
allaborant.

aliquo nancisci possessionem allaborant, ob tædia atque dubia petitorii fata. ILL. & MAGNIF. DN. PRAESESSOR. diff. de genuino colore poss. ex solo iure in re §. I. STRYCK. l. M. de Interd. §. 2. Inde etiam CAIVS l. 24. D. de R. V. i. qui destinavit, inquit, rem petere animaduertere debet an aliquo INTERDICTO possit nancisci POSSESSIONEM, quod longe commodius est, ipsum possidere & aduersarium ad onera petitoris compellere, quam, alio possidente, petere.

§. II.

Producit
possessio (l)
præsumtio-
nem domi-
nii & proba-
tionem rei-
cit in petito-
rem.

Cum itaque beati in iure censeantur possidentes, palmarium possessionis commodum in eo consistit, quod etiamsi eius res non sit qui possidet, si mox actor non potuerit suam esse probare, remaneat in suo loco possessio, adeoque cum obscura sint utriusque iura contra petitorem iudicari soleat. c. §. 4. I. de interd. Vnde de auctor suaforque fuit CAIVS c. l. 24. de R. V. re petitulo, ut videat, num aliquo interdico nancisci possit possessionem atque ita onus probationis deriuare in aduersarium. Militat enim pro possidente dominii præsumtio, quæ eum ab onere probationis liberat l. 2. C. de probat. l. f. C. de R. V. l. 4. C. de edendo HILLIG. ad Donell. L. XX. C. 7. lit. A. Quæ adeo videntur, ut qualiscumque possessor eo ipso, quod possessor est, plus iuris habeat, quam ille, qui non possidet l. 2. uti possid. MEVIUS P. III. dec. 46. P. VI. Dec. 1. Quod si vero vterque se possidere dicat, etiam vterque probandi onus iucumbit, & iudex, vter possideat, pronunciat, ut constet, quis petitoris partibus fungi debeat l. 35. de A. P. Igitur si vterque probationes habeat, neuter vincetur, sed iudex pronuntiabit, uti possidetis, ita possideatis l. 3. pr. uti possid. l. vn. C. eod. HAHN de iudic. poss. th. 87. Imo licet auctor

se fundet in iure tertii, veluti si dicat, reum iniuste possidere, cum fundus sit TITII, tamen repellitur, cum vitiosa possessio aduersus extraneos prodesse soleat *l. fin. de A. v. A. P. c. §. 4. I. de interd.* Econtra reus recte obiicit iura tertii, quando per *exceptionem iuris tertii* eliditur intentio actoris *arg. c. l. fin. C. de R. V. KLOCK Vol. I. Conf. 29. n. 81. 82. BRVNEM. ad c. l. f. C. n. 2. seq.*

§. III.

Sed an *quasi possessio* idem præstet & ab onere probandi releuet? fluctuant interpretes. *Adfirmatiua* plerisque placuit, eo, quod *VLPIANVS l. 8. §. 3. si seruit. vind.* diserte fateatur, immittentem tigna esse in *possessione seruitutis*, siquidem reapse *immisisset*; atque eum, qui nondum *immisit*, nondum habere *seruitutis possessionem*. Sed planissime responderi potest, ad *interdicta* seu *remedia possessoria* hic oculos flexisse *ICTAM*, vt nimirum qui possidet iis sit superior. Quod itaque ad effectum probationis neutiquam pertinet. *HERT. diss. de quasi possidente probante S. II. §. 2.* qui in confutandis reliquis secus sentientium argumentis egregie desudauit. Licet igitur qui probauit quasi possessionem seu vsum & exercitium iurium, quæ sibi adserit, in ea defendatur, commodaque possessionis lite pendente habeat; tamen eo ipso non liberabitur a probatione tituli, cum præsumptio, quæ excitatur ex quasi possessione vincatur alia eaque fortiori, scilicet libertatis, quæ ducitur ex naturali prædii conditione. *GVNDLINGIANA. P. XXVIII. Obs. 3. DN. BÖHM. de Action. S. II. C. 2. §. 40. seq. BERG. Oecon. Iur. L. II. T. 3. §. 22. n. 3. seq. Elect. discept. for. p. 642. Supplem. P. II. p. 483. seq. vbi obseruat BERGERVS in Collegiis*

giis Saxoniae Electoralis reo indistincte probationem iniungi; eandemque sententiam sequi in pronuncian- do Illustr. Ictorum Ordinem Academiae Halensis ab ILL. DN. PRAESIDE accepi. Accedit proprium actio- nis negatoriae esse, ut actor *negatiue* agat, reus autem *adfirmatiue* excipiat. Recte igitur adfirmanti iniun- gitur probatio *l. 23. C. de probat. §. 4. l. de Legat. PHILIPPI Vsf. Pract. Inst. L. IV. T. 6. Ecclog. 44. n. 4. seq.* Sed quid si actor immisceat libello, reum *clam*, *vi* ve- *precario* eundi agendiue exercitium habuisse? sunt qui hoc casu adseueranti probationem iniungunt eius quod adseuerat. Sed minus recte. Praeclare enim ob- seruat BRUNNEM. *Proc. Ciu. C. XVIII. n. 4. & DN. BÖHM. l. c. §. 43.* eum, qui actione negatoria experitur *virtualiter* contendere, aduersarium inique sibi usurpari- seruitutem, adeoque, dum illud exprimit, quod iam *tacite* in re ipsa latitat, nihil noui adserere. Qui se- cus sentiunt, remedia *possessoria & petitoria* confun- dunt & quod ad illa pertinet, ad haec peruerse tra- hunt. THOMAS. *diff. de oner. prob. in act. negat. §. 24.* DN. BÖHM. *l. c. lit. v.* Interea cum error fere in foro tri- umphet, caute agunt, qui de his possessionis vitii- tacent in libello. BERG. *l. c. n. 8.* vbi monet, id tantum accipiendum esse de allegatione vitii *specifica*, ut puta *clandestinitatis, violentiae.* Allegatio enim vitii gener- ca v. c. daß Beklagter zur Ungebühr: weniger, den- mit Recht n. minus sufficit, ut propterea actorem ope- teat probare.

§. IV.

Qui possidet
2) ab editio-
ne tituli li-
beratur.

Secundum possessionis commodum in eo conf-
stitit, quod, qui possidet, ab editione & probatione tituli liber-
tur *l. 11. C. de hered. pet. L. 7. C. de testib.* Non enim acto-

ris interest nosse titulum ad actionem rite instituen-
dam, cum, si certus sit de suo dominio illudque eui-
denter probare possit, vindicare rem a possessore po-
terit, quocunque demum titulo hic possideat. STRYCK.
diss. de necess. edend. tit. poss. n. 13. VOET. *ad Dig. de Interrog.*
in iure fac. §. 2. Sed patitur hæc regula varias exce-
ptiones. Ita enim (1) in *c. l. ii. de hered. pet.* diserte san-
ctum: *Cogi possessorem ab eo, qui expetit, titulum suæ*
possessionis dicere, iniuile est, præter eum scil. qui dicere
cogitur, VTRVM PRO POSSESSORE, AN PRO HEREDE POS-
sideat. Necessaria vero erat hæc in iure interrogatio,
vt sciret actionem institurus, an titulo vniuersali, an
singulari possideat, cum nemini non notum sit, actio-
nes singulares non dari aduersus eum, qui titulo vni-
uersali possidet, nec vniuersales aduersus eum, qui
titulo singulari possidet. STRYCK. *l. c. C. II. n. II. seq.*
Quamuis vero hodie hæc interrogatio non sit neces-
saria, quia rei vindicatio cum hereditatis petitione al-
ternatiue cumulari potest; tamen monet ILL. BÖHM. *de*
Act. S. II. C. 3. §. 16. lit. r. vtilem eam esse ad hoc, vt actori
statim de vnico & vero actionis fundamento constare
possit & ita probatio ei fiat facilior.

§. V.

Excipitur (2) casus *si res sine titulo possideri ne-*
queat v. c. regalia, super quibus cum Principe con-
tenditur. Enata inde regula, quod quoties ius a prin-
cipe dependeat, nemo in possessorio contra princi-
pem defendendus sit. BRUNNEM. *Cent. IV. Dec. 24. n. 7.*
sic, qui est in vsu & exercitio iurisdictionis, posses-
sionis titulum Principi vindicanti edere tenetur.
Cum enim hic sit fons omnis iurisdictionis, conse-
quitur, vt reus possessionem adlegans se fundet in fa-
cto

Excipitur I)
hereditatis
petitio.

(2) Casus, si
res sine titu-
lo possideri
nequeat.

cto & concessione *tacita* vel *expressa* Principis adeoque fundamentum intentionis suæ probare teneatur STRYCK. *c. diff. C. III. n. 18. V. M. de Iurisd. §. 27. 28.* KNICHEN *de Iure territ. C. V. n. 12. seq.* Eadem ratio est in omnibus regalibus, quæ non, nisi ex concessione Principis, exerceri possunt. Igitur cum de iure Principis constet, concessio autem facti sit, ab adlegante probanda est. ILLUSTRISSIMVS L. B. DE COCCEII *Iure Controu. de Probat. Quest. III. per tot.*

§. VI.

3) Si possessor
qualitatem
feudalem
concedit.

His ita intellectis 3) facile solui potest quæstio: *an vassallus domino edere teneatur titulum?* Nam si dominus rem aliquam feudalem esse, possessor vero eandem allodii naturam habere adserit, domino incumbit probatio, dum quilibet fundus præsumatur liber, & feuda non sint ex natura rei, sed *ex facto*, quod opus habet probatione. ILLUSTRIS FRIDERICIANAE CANCELLARIVS DN. LVDEWIG *Opusc. Miscell. T. I. L. 2. Opusc. 3. diff. 6.* THOMAS. *diff. de Præsumt. allodial. §. 31. seqq.* CARPZ *P. I. C. 27. D. 9.* B. COCCEII *diff. de præsumt. feud. C. IV.* Et contra si possessor qualitatem nexumque feudalem non diffiteatur, eoque ipso concedat, se prædium possidere beneficio domini, omnino obstringitur ad edendum possessionis titulum STRYCK. *l. c. C. IV.* HARTPISTOR. *P. II. Qu. 46. n. 2.* SCHRAD. *de Feud. L. II. C. 3. n. 32.*

§. VII.

4) Si possi-
denti aduer-
setur iuris
præsumtio.

Excipiunt 4) casum *si possidenti aduersetur iuris præsumtio*; eoque potissimum *decimas* referunt *c. 29. X. de Decim.* sed recte obseruauit ILL. BÖHMERS *Iure Eccles. Protest. L. III. Tit. 30. §. 69.* ante omnia videndum esse quis editionem tituli urgeat? Nam si de decimis inter *Laicos* controuertitur, nulla editio tituli est necessaria

sed qui decimas vindicat, ius suum probare & interim possessor in possessione vel quasi defendi debet. Sed si *Laicus* sit in quasi possessione, & *ecclesia* editionem tituli urgeat, ad edendum titulum compelli posse Laicum existimant, quippe cui iuris communis præsumptio aduersetur, quique decimas possidere nequeat. FLEVRY *Inst. iur. eccles. P. II. C. 13. §. 4. seq. ibique* DN. BÖHMERS. Quod tamen vel ideo ad fora euangelicorum trahi nequit, quia *decimæ* non alio iure quam cetera bona ecclesiastica censentur, in quibus tituli editio non exigitur, & falsum est, præsumptionem iuris communis possessoribus resistere, postquam longo usu corroborata est distinctio *decimarum ecclesiasticarum & secularium* adeoque possessores *decimarum secularium* æque ac *ecclesiasticarum* possessores præsumptionem pro se habent, quæ eos ab editione tituli liberat. Quod si denique cum Principe possessoribus res sit, eos ad edendum titulum compelli posse putamus. Notum enim est, Laicis non solum ab Episcopis, sed etiam a Principibus nexu beneficiario fuisse concessas, ex quo sequitur, ut, cum talem rem, quam sine principis concessione obtinere nequeunt, possideant, ad edendum titulum compelli possint. v. §. VI. Si vero immemoriam possint probare possessionem, vetustas tanti temporis loco *optimi tituli* habetur, ut merito credendum sit legitimo olim titulo adquisitas fuisse decimas. BÖHM. *J. E. P. l. c. §. 71.*

§. VIII.

Sequitur *tertium* possessionis commodum, scilicet, *quod in pari causa melior sit conditio possidentis l. 128. pr. de R. J.* Ita v. c. si dantis & accipientis turpis causa sit, possessorem potioem esse & ideo repetitionem ces-

In pari cau-
3) est melior
conditio
possidentis

cto & concessione *tacita* vel *expressa* Principis adeo que fundamentum intentionis suæ probare teneatur STRYCK. *c. diff. C. III. n. 18. V. M. de Iurisd. §. 27. 28.* KNICHEN *de Iure territ. C. V. n. 12. seq.* Eadem ratio est in omnibus regalibus, quæ non, nisi ex concessione Principis, exerceri possunt. Igitur cum de iure Principis constet, concessio autem facti sit, ab adlegantibus probanda est. ILLUSTRISSIMVS L. B. DE COCCEI *Iure Controu. de Probat. Quest. III. per tot.*

§. VI.

3) Si possessor
qualitatem
feudalem
concedit.

His ita intellectis 3) facile solui potest quæstio: *an vasallus domino edere teneatur titulum?* Nam si dominus rem aliquam feudalem esse, possessor vero eandem allodii naturam habere adserit, domino incumbit probatio, dum quilibet fundus præsumatur liber, & feuda non sint ex natura rei, sed *ex facto*, quod opus habet probatione. ILLUSTRIS FRIDERICIANAE CANCELLARIVS DN. & LVDEWIG *Opusc. Miscell. T. I. L. 2. Opusc. diff. 6.* THOMAS. *diff. de Præsumt. allodial. §. 31. seqq.* CARPZ *P. I. C. 27. D. 9.* B. COCCEI *diff. de præsumt. feud. C. IV.* Et contra si possessor qualitatem nexumque feudalem non diffiteatur, eoque ipso concedat, se prædium possidere beneficio domini, omnino obstringitur ad edendum possessionis titulum STRYCK. *l. c. C. IV.* HARTPISTOR. *P. II. Qu. 46. n. 2.* SCHRAD. *de Feud. L. II. C. 3. n. 3.*

§. VII.

4) Si possi-
denti aduer-
setur iuris
præsumtio.

Excipiunt 4) casum *si possidenti aduersetur iuris præsumtio*; eoque potissimum *decimas* referunt *c. 29. X. de Decim.* sed recte obseruauit ILL. BÖHMERS *Iure Eccles. Protest. L. III. Tit. 30. §. 69.* ante omnia videndum esse quis editionem tituli urgeat? Nam si de decimis inter *Laicos* controuertitur, nulla editio tituli est necessaria

sed qui decimas vindicat, ius suum probare & interim possessor in possessione vel quasi defendi debet. Sed si *Laicus* sit in quasi possessione, & *ecclesia* editionem tituli vrgeat, ad edendum titulum compelli posse Laicum existimant, quippe cui iuris communis præsumtio aduersetur, quique decimas possidere nequeat. FLEVRY *Inst. iur. eccles. P. II. C. 13. §. 4. seq. ibique* DN. BÖHM-MERVS. Quod tamen vel ideo ad fora euangelicorum trahi nequit, quia *decimæ* non alio iure quam cetera bona ecclesiastica censentur, in quibus tituli editio non exigitur, & falsum est, præsumtionem iuris communis possessoribus resistere, postquam longo usu corroborata est distinctio *decimarum ecclesiasticarum & secularium* adeoque possessores *decimarum secularium* æque ac *ecclesiæ ecclesiasticarum* possessores præsumtionem pro se habent, quæ eos ab editione tituli liberat. Quod si denique cum Principe possessoribus res sit, eos ad edendum titulum compelli posse putamus. Notum enim est, Laicis non solum ab Episcopis, sed etiam a Principibus nexu beneficiario fuisse concessas, ex quo sequitur, vt, cum talem rem, quam sine principis concessione obtinere nequeunt, possideant, ad edendum titulum compelli possint. v. §. VI. Si vero immemoriam possint probare possessionem, vetustas tanti temporis loco *optimi tituli* habetur, vt merito credendum sit legitimo olim titulo adquisitas fuisse decimas. BÖHM. *J. E. P. l. c. §. 71.*

§. VIII.

Sequitur *tertium* possessionis commodum, scilicet, *quod in pari causa melior sit conditio possidentis l. 128. pr. de R. J.* Ita v. c. si dantis & accipientis turpis causa sit, possessorem potio- rem esse & ideo repetitionem ces-

In pari causa
3) est melio-
conditio
possidentis

fare, placuit *l. 3. 8. de condict. ob turp. caus.* Aequum tamen est, accipientibus tanquam indignis, turpia lucra auferri & fisco vindicari, ne ex suo scelere dicitur *arg. l. 32. §. fin. de donat. int. vir. & vxor. l. 5. de calum. l. 9. de Fure fisci auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui male iudic.* Aliud exemplum occurrit in *l. 9. §. 4. de Public. rem act.* Si duobus, inquit VLPIANVS, quis separatim vendiderit bona fide ementibus, videamus, quis magis publiciana uti possit: utrum is, cui PRIORI RES TRADITA est, an is, qui TANTVM EMIT. Et Julianus Libro 7. Digestorum scripsit, ut, siquidem ab eodem NON DOMINO emerint, POTIOR SIT, cui PRIORI res TRADITA est: Quod a diuersis NON DOMINIS MELIOR causa sit POSSIDENTIS quam PETENTIS: *Que sententia vera est.* Igitur si uterque a non domino rem emit, eius conditio potior esse debet, cui res fuit tradita isque folus actione publiciana experiri potest, cum sine traditione ius possidendi, quod actionis huius fundamentum est, non possit videri adquisitum. Sed si a diuersis non dominis vterque rem traditam acceperit, melior est causa possidentis, & aduersus eum non possidenti actio non datur. E contra si tertius possideat is tuendus est, qui prior ius eius adprehendit, i. e. cui primus tradita est *l. 31. §. fin. de action. emt. vend.* Sunt tamen, qui putant hac parte dissensum fuisse inter veteres ICTORIUM & NERATIVUM *c. l. 31. Iuliani & Vlpiani distinctioni c. 9. §. 4. contradicere voluisse.* THOMAS. *ad HUBER. Præ Inst. L. IV. T. 6. §. 7.* HUBER. *ad D. de act. publ. §. 3.* VOETIUS *ead. §. 6.* BRUNNEM. *ad c. l. 9. §. 4. de act. public. n. 9. seq. C. VI. IAC. L. XVIII. Obs. C. 31. HILLIG. ad DONELL. L. XX. C. 8. lit. 2.*

§. IX.

Insignis 4) est possessionis effectus, quod, qui possident, in ea se priuata auctoritate defendere atque deiectionem confestim iterum iure deiciere possint. Vim enim inferre prohibent leges, sed vt eam propulsemus & nos nostraque tueamur atque arma armis repellamus omnino permittunt. *l. 3. de l. & l.* Inde etiam vim vi repellere licere CASSIUS scribit, idque natura comparatur. *l. 1. §. 27. l. 17. de vi & vi arm.* Requiritur autem ad hanc vim priuatam licite exercendam 1) vt quis sine vitio teneat possessionem 2) vt vis iniusta ei inferatur 3) iustus defendendi modus, qui in duobus consistit: primo, vt in continenti fiat defensio, dein, vt defensio respondeat offensionem. Rescribunt enim *Imp. DIOCLETIANVS & MAXIMIANVS l. 1. C. vnde vi. Recte possidenti ad defendendam possessionem, quam SINE VITIO tenebat, inculpate tutela MODERATIONE illatam vim propulsare licet.* BRUNNEM. *ad c. l. fin. C. n. 2. seq.* STRVV. *de vindicta priu. C. VI. aphor. 1. seq.* LAVTERB. *Colleg. Pract. de A. vel A. P. §. 33.* Non solum vero ea, quæ diximus, ad res corporales, sed etiam incorporales seu iura pertinent, ita, vt contra turbantem propria auctoritate se defendere eumque vi armisque repellere possim. Vnde etiam Legibus Germanorum permixta est PIGNORATIO die Pfändung, quæ fit a quibusuis pro conseruandis iuribus suis, veluti iurisdictione, iure venandi, piscandi, pascendi &c. damnisque repellendis. STRYCK. *diff. de iure pignorandi C. 1. n. 37. seq.* cui in vernaculam translatae accessit TH. MAVLII *tr. de Pignorationibus STRVV. l. c. C. XIII. Aphor. I. COLER. de Proc. Execut. P. I. C. 2. n. 286. seq.*

4) Qui possident, se priuata auctoritate in possessione defendunt, & deiectionem confestim iterum iure deiciunt.

Quod non solum de rebus, sed etiam iuribus dicendum.

§. X.

Eadem vis
priuata pro
seruanda pos-
sessione in
noui operis
nunciatio-
ne reali permis-
sa est.

Eandem *vim priuatam*, qua quis sibi pro conseruanda possessione ius dicit sine iudice, permittunt leges in noui operis *nunciatio-
ne reali*, quæ per *manum* fieri dicitur in *l. 5. §. 10. de nou. oper. nunciatio-
ne* quoties vicinus in alterius præiudicium ædificat, ne enim eo ipso *possessionem* adipiscatur, permittitur *manu* destruere quod ædificauit. Non tamen *nunciatio*, quæ per *lapilli iactum* fieri dicitur *l. 6. §. 1. de seru. vind. l. 1. §. 6. l. 20. §. 1. quod vi aut clam*. eadem fuisse videtur; quæ per *manum* fiebat. Iactus enim *lapilli* fuit procul dubio solennitas quædam *nunciatio-
nis priuatim factæ sine vi i. e. vis* quædam *conseruatio*, seu *imaginaria & symbolum factæ turbationis*. Econtra quæ per *manum* fit, veram vim continet, i. e. realem destructionem. Vnde recte SCHIL-
TER *Exerc. XLII. §. 16.* post HOTTOMANNVM *L. II. Obj. c. 4.* obseruat, verba: *per lapilli iactum in l. 5. §. 10. de N. O. N.* ab imperito interprete fuisse adiecta, cum in possessione quilibet se licite defendat, etiam vi adhibita per §. IX. ILL. BÖHM. *diff. de pæna sibi ius dicenti sine iudice C. I. §. 16.* qui *l. c.* præclare obseruat, hoc modo facile intelligi posse *l. 7. §. 3. quod vi aut clam. Si tu vi aut clam ædificaueris (in meo) ego idem demolitus fuero vi aut clam pro conseruanda mea possessione & vltis aduersus me interdicto, exceptio, quod tu vi aut clam ædificaueris, mihi profutura est.* Addit tamen VLPIANVS: *quod non aliter procedere debet, nisi ex magna & necessaria causa i. e. pro conseruanda mea possessione indubia, si vicinus in meo solo, me absente forsitan aliquid immisit, vel ædificauit, quod tamen sine vllto tumultu metu facile destruere possum.*

§. XI.

Denique 5) etiam hoc insigne commodum ex adprehensa possessione resultat, *quod possessor, si est in bona fide, fructus lucretur* §. 35. l. de R. D. l. 48. de A. R. D. Qui enim bona fide possidet loco domini est adeoque fructus percipiendo suos facit l. 25. §. 1. de Usuris. cum bona fides tantundem possidenti præstet, quantum VERITAS i. e. dominium l. 136. de R. I. Sed cum IMPERATOR c. §. 35. bona fide possidentem fructus percipere dixerit, pro cura & cultura, HUBERVS & qui cum eo faciunt, curam & culturam acquisitionis causam esse statuunt; e contra VINNIUS & BACHOVIVS bonam fidem substituunt, quæ possessorem quasi dominum faciat. Sed recte obseruat HEINECCIUS ad VINNIUM l. c. n. 4. causam proximam esse curam & culturam i. e. qualemcunque curam rei impensam, remotam vero bonam fidem. Etsi itaque malæ fidei possessor culturam & curam fundo adhibeat; tamen fructus suos facere nequit, quia ei nec color, nec ius colendi & curandi fundum fuit. NOODT L. II. Prob. C. 7. Neque obstat, quod fructus, quos *mere naturales* dicunt, sola natura & sponte magis, quam diligentia hominum proueniant. Nam & hos b. f. possessor acquirit, quia nulla fere res est, quæ, si non culturam, saltem curam aliquam exigat. HEINECC. l. c. Vera igitur sunt quæ notauit THOMASIVS ad HUBER. Tit. 7. de R. D. §. 46. *Fructus mere naturales, inquit, dantur paucissimi, nisi forte fructus syluestres. Ergo dum fructus diuiduntur in industriales & naturales, id non est explicandum, in MERE naturales & MERE industriales. Vti enim industriales etiam producuntur a natura; ita naturales non excludunt industriam. Hinc a potiori fit denominatio;*

natio; ubi impense in curam MULTAE sunt ibi industriales vocantur; ubi PAUCAE naturales. Magis obstat l. 45. de Usur. in qua POMPONIVS fructus, ait, percipiendo vxor vel vir ex re donata, suos facit: illos tamen, quos SVIS OPERIS adquisiuerit veluti SERENDO; nam si pomum decerpserit, vel ex sylua, credit non fit eius, sicuti NEC CUIUSLIBET BONAE FIDEI POSSESSORIS: quia non ex FACTO EIVS is fructus nascitur. Ex hac itaque Lege colligi posse putant HVBERVVS l. c. §. 46. & alii: fructus naturales non fieri b. f. possessoris. Sed verius videtur, POMPONIVM talem b. f. possessorem intelligere, qui quidem credit se dominum esse, sed iustam id credendi causam i. e. iustum titulum non habet. Non enim ait, nullius b. f. possessoris eum fructum fieri, sed non CUIUSLIBET. Talis vero est maritus, quippe qui iusto titulo destituitur, cum inter coniuges non valeret donatio. Econtra b. f. possessor, qui iustum titulum habet, adeoque quoad fructus eodem iure, quo dominus, gaudet per c. l. 136. de R. J. omnes fructus percipiendo facit suos, & hunc intelligit IMPERATOR c. §. 35. in verbis: bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliaue QUALIBET IUSTA CAUSSA æque bona fide acceperit VINN. l. c. n. 8. ibique CELEB. HEINECC. VOET. Tit. de A. R. D. §. 30. B. COCCEII diss. de iure femin. Sect. III. §. 22. & diss. de iure eius, quod facti est Sect. III. item diss. de Finibus bon. fid. Sect. I. §. II. VIR ILLUSTRISSIMVS L. B. A COCCEII Iure controu. Tit. de R. V. Qu. VII.

§. XII.

Non tamen omnes fructus, sed tantum consumptos b. f. possessor lucratur.

Non tamen qui bona fide possidet omnes, quos percepit, lucratur fructus, sed tantum consumptos c. §. 35. l. §. 2. de offic. Iud. eod. l. 4. §. 2. fin. reg. Igitur extantes domino fundi superuenienti restituere debet

bet *l. 22. C. de R. V.* Cum enim causa huius acquisitionis remota sit bona fides, consequens est, ut vero domino superveniente causa illa, & simul ius, quod habuit, cessare incipiat. Inde etiam PAULVS *c. l. 48. pr. de A. R. D. Bonæ fidei emtor,* inquit, non dubie percipiendo fructus etiam ex aliena re suos INTERIM facit i. e. quoad facultatem consumendi, donec supervenerit verus dominus VOET. *l. c. §. 29.* Quod vero diximus de fructibus extantibus, ita accipiendum est, ut non dum sint vsucapti. Nam si eos vsuceperit ad restitutionem compelli nequit *l. 4. §. 19. de Vsurpat.*

CARPZ. *P. III. C. 32. d. 29. n. 1.* In eo porro non conveniunt interpretes: an bonæ fide possessor ad restitutionem fructuum consumptorum teneatur, quatenus ex iis fuit factus locupletior? Sunt enim qui eum teneri adfirmant, quia quod ex re habet, & quod beat ipsum, id extare & superesse videtur, præsertim cum natura æquum sit, neminem cum alterius damno fieri locupletiozem *l. 206. de R. I.* Accedit idem de hereditatis petitione clare proditum esse *l. 1. C. de hered. pet* CARPZ. *cit. C. 32. d. 28. 29.* HUBER. *l. c. §. 48.* FRANZK. *Tit. de R. V. th. 63.* MENOCH. *de recuper. possess. Remed. 15. n. 598.* Sed verius videtur, eum non teneri. Nam hos fructus lucrari dicitur *l. 4. §. 2. fin. reg.* lucrari vero non videtur qui restituit, quatenus locupletior fuit factus, sed magis ei lucrum extorquetur. Deinde *c. §. 30. Inst. de R. D.* negat IMPER. de consumtis agi posse. Quid quod tantum tribuat b. f. possessori consumtio, quantum vsucapio *c. l. 4. §. 19. de vsucap.* at vsucaptorum nihil restituitur. Ad hæc omnes textus, qui de fructibus consumtis loquuntur, generaliter & sine vlla limitatione negant, teneri eorum nomi-

Quæritur
de consu-
tis teneat
quatenus
Etus locu-
pletior?
que nega-

ne b. f. possessorem, adeo, *ut neque CONSUMTORVM neque non perceptorum RATIO HABENDA SIT* §. 2. *I. de off. fic. iud.* Non obstat, quod in hereditatis petitione diuersum obtineat. *l. 25. §. 1. de hered. petit.* cum notum sit, in hereditatis petitione, etiam intuitu omnium rerum hereditariarum & sic quoque fructuum, qui hereditatis partem constituunt eamque augent, pretium succedere in locum rei *l. 20. §. 3. l. 28. 40. §. 1. de hered. pet. l. 1. 2. C. eod.* id vero secus esse in rei vindicatione *l. 7. §. 1. qui pot. in pignor.* VOET. *l. c. §. 29.* VINN. *l. c. n. 10. & Quæst. Select. L. 1. C. 28.* B. COCCEII *cit. diff. de iure se. min. Sect. III. §. 21.* ILLVSTR. L. B. DE COCCEII *c. l. Qu. VIII.* THOMAS. *ad HUBER. l. c. §. 48. 49.* STRVV. *Exerc. XI. tb. 23.* PEREGR. *de fideicomm. Art. XLIX. n. 114.* STRYCK. *V. M. de R. V. §. 12. 13.*

§. XIII.

An lito mota b. f. possessor in mala fide constituitur? disquiritur.

Denique sicco non transilimus pede, b. f. possessorem tunc ad omnium fructuum restitutionem compelli, postquam scire cœpit, se possidere rem ad se non pertinentem. *l. 25. §. 7. de hered. petit. §. 2. f. de Officio Jud. vbi IMPERATOR post inchoatam, inquit, petitionem etiam illorum fructuum ratio habetur, qui culpa possessorum percepti non sunt, vel percepti CONSUMTI sunt.* Ex quo itaque colligitur, post litem contestatam omnes possessores pares esse, & tanquam malæ fidei possessores teneri. VINN. *L. 1. Quæst. Select. C. 25.* Imò putat STRYCK. *V. M. l. c. §. 14.* in foris nostris non demum litis contestatione induci malam fidem, sed sola citationis insinuatione, cum per eam omnem præscriptionem interruptum placuerit *l. 2. C. de annal. except.* indeque non infrequenter in Actis pronunciatum fuisse obseruat. *Nebst Erstattung aller derer Nutzungen, so er von Zeit*

der erhobenen Klage würcklich genossen, oder genieffen können. Sed in c. l. 25. §. 7. de hered. pet. iam diserte sancitum est, non tantum post litem contestatam, sed etiam post motam controuersiam omnes possessores pares fieri & quasi prædones teneri. Cuius sanctionis ratio redditur, quia cœpit scire rem ad se non pertinentem possidere se, is, qui interpellatur. Quæ vero ratio facile euincit, non omnem b. f. possessorem post motam controuersiam in m. f. constitui. Non enim sequitur, controuersia fuit mota possessori, igitur scire incepit, possidere se rem alienam. Potest sane iustas & legitimas habere defensionis causas, quare rem, quam possidet, potius suam, quam petitoris esse credat, adeoque ius suum indefensum relinquere non teneatur. l. 40. pr. de hered. pet. Igitur tunc demum, lite mota, in m. f. constituitur, si scientiam rei alienæ inducat interpellatio. Vnde in l. 2. C. de fruct. & lit. expens. expresse dicitur: quod ab eo demum tempore fructus præstare teneatur, ex quo, re in iudicium deducta, scientiam m. f. possessionis accepit. Non itaque sufficit, rem fuisse in iudicium deductam, sed requiritur, eum scientiam m. f. possessionis accepisse. Quamdiu enim hanc non accepit, manet in b. f. atque iuste ignorat rem alienam esse l. 109. de V. S. HILLIG. ad DONELL. L. XIX. C. 14. GARS. de expens. C. XXIII. n. 44.

§. XIV.

Postquam igitur de effectibus adprehensæ possessionis egimus; id saltem adhuc notamus: in iis locis, ubi viget parcœmia: *le mort saisit le vif. der Todte erbt den Lebenden*, huius parcœmiæ consequens esse, heredem, in quem ipso iure continuatur possessio de-

In iis locis
ubi defuncti
possessio
continuatur
in heredibus
hi omnibus
fruuntur
possessionis
commodis.

functi, omnibus frui possessionis commodis, eique remedia etiam tam *recuperanda* aduersus inuafores quam *retinenda* aduersus turbantes competere, profuturum ostendemus. *C. IV. §. 13.* Facit quoque eadem iuris dispositio, vt nulla opus sit aditione hereditatis sed possessio, quæ ipso iure transit in heredem, continuetur in heredis herede. Illustrat hoc eleganti casu *ILLVSTRISS. L. B. DE COCCEN l. c. de A. vel O. H. Qu. I.* ubi videsis. Nos enim, ne limites, quos nobis prescripsimus, transiliamus, ad *C. IV.* progredimur.

CAP. IV.

De Remediis possessoriis.

§. I.

Remedia
possessoria
veteri iure
dicuntur in-
terdicta, pro
quibus iure
novo actiones
extraordina-
ria compe-
tunt.

Maxime interest reipublicæ, ne rixis atque tumultibus aperiatur fenestra, litesque quas excitant possessionis commoda, in verbera euadant & cædes. Cur enim arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest iurisdictione sua componere? *l. 13. §. 3. de V. usufr.* Prædicta igitur sunt remedia possessoria, quæ veteri iure INTERDICTA vocantur, id est formulæ & conceptiones verborum, quibus Prætor in causis veræ vel quasi possessionis aliquid fieri iubebat, aut prohibebat. *pr. F. de Interd.* Quod si reus decreto non parebat, aut illud manu etiam militari (*) exequabatur *l. 3. pr. ne vis fiat ei, qui poss. l. 5. §. 27. vt in poss.* aut ex causa interdicti actione & iudicium dabat. *c. l. 3. §. 2. l. 1. §. 2. si ventr. nom. sed ful. latis licet interdictorum formulis t. t. C. de formul. ibi*

(*) De manu militari egregia habet *ILL. BYNKERSHOEK L. III. Obs. c. 14.*

QUE ILL. DN. PRAESES *in prael. ad Cod. p. 91. 92.* tamen eorum exemplo res agitur *l. 3. C. de interd.* & pro iis actiones extraordinariae competunt, quibus de vera vel quasi possessione summarie inter partes disceptatur §. fin. *f. eod. rubr. D. de interdict. siue extraord. action. quae pro illis competunt.* Dicuntur extraordinariae, quia in iis non seruatur solemnis iudiciorum ordo, sed breuis & summaria cognitio adhibetur *l. 8. C. unde vi l. 3. l. 13. C. de interd.* Cum vero de his omnibus explicatius egerit ILL. DN. PRAESES *in diff. de colore possessor. ex solo iure in re color.* mihi que in enarrandis interdictis eorumque natura & indole indaganda fecerit otium, saltem ea attingam, quae maxime videntur necessaria notatuque digna.

§. II.

Omnis scilicet contentio de possessione rei privata eo spectat, ut aut possessionem adipiscamur, aut adeptam retineamus, aut amissam recuperemus. *l. 2. §. f. de interd. §. 2. l. eod.* Inter illa autem, quae adipiscendae possessionis causa comparata sunt interdicta primo loco venit INTERDICTUM QUORUM BONORUM, quod datur bonorum possessori, contra eum, qui pro herede vel possessore possidet, ad consequendam possessionem rerum hereditariarum §. 3. *l. eod.* Nascitur itaque hoc interdictum ex iure bonorum possessionis, id est, hereditate praetoria competitque contra eum, qui infirmiori iure, attamen pro herede vel possessore *i. e.* titulo uniuersali possidet *l. 9. de hered. petit.* Quod si enim titulum singularem adlegat, rei vindicatione pulsatur *l. 1. §. 1. Quor. bon. supr. C. III. §. 4.* PRO HEREDE autem possidere dicitur, qui se heredem esse ait; PRO POSSESSORE, qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem sciens ad se non pertinere possidet §. 3. *Inst. de Interd. l. 11. pr. §. 1. l. 12. l. 13. pr. de hered.*

Explicantur
interdicta
adipiscendae
possessionis &
quidem
1) QUORUM
BONORUM.

hered. petit. Sed elegans est coniectura B. BRANCHI
 v. c. *Dec. I. Obs. c. 6. p. 59.* prætorem in edicto adpellatio
 ne *possessoris* indicare voluisse *bonorum possessorem* siue
 prætorium heredem. Nam siue titulo heredis *ciuitatis*
 siue *prætorii* quis possideat hereditatem, titulo vn
 uersali eam possidet & controuersiam facit hereditatis
c. l. II. pr. de hered. petit. adeoque utroque casu hereditatis
 petitio contra eum institui potest. Sed IC
 qui eum pro possessore possidere dicunt, qui absque
 titulo possidet, qualis est prædo, decepti hoc fu
 more loquendi putauerunt, de tali possessore agi
 Prætoris edicto, & bonorum possessorem siue herede
 dem prætorium interpretatione iusta includi in verbis
pro herede c. l. II. pr. De cetero *utile* interdictum fu
 extensum ad heredem *ciuilem l. 1. 3. C. quor. bon.* Immo
 ad *feudalem & pactitium* moribus nostris extenditur
Conf. ILL. DN. PRAES. cit. diff. §. 12. 13. 14. 15.

§. III.

Cui interdictum
 simile est
 remedium l.
 fin. C. de
 Edict. D.
 Hadr. toll.

Simile est huic interdicto remedium *l. f. C. de
 edict. Diu. Hadr. toll.* quo utitur scriptus heres, in
 testamento nullo visibili vitio laboranti, petitque
 in possessionem hereditatis mittatur. Vrgentissimum
 enim pro eo militat præsumptio, quod præferend
 sit heredibus ab intestato, vel priore testamento sc
 ptis & exceptiones, quæ testamento obiici possunt
 vt plurimum sunt altioris indaginis & sic ad petitio
 rium reiiciuntur, STRYK. *V. M. Tit. quor. bon. §. 4.*
 Applicatur hoc remedium etiam ad testamentu
nuncupatiuum in scripturam a Notario redactum,
 ex eo nullum vitium visibile adpareat. Immo licet
 scriptura defuit, tamen si per testes iurato exar
 natos statim *probabiliter* constet de validitate tes
 tamenti

menti, immissio heredi non erit deneganda, docente DN. BÖHMERO *de Action. S. II. C. 3. §. 6.* Denique extendunt DD. idem remedium ad *pacta coniugum dotalia; substitutionem; fideicommissum vniuersale; litteras inuestituræ feudalis*, de quibus videsis ILL. DN. PRAESES *l. c. §. 20. 21. STRYK. l. c. §. 2. 7. 8.*

§. IV.

Est etiam INTERDICTVM QVOD LEGATORVM ad piscendæ possessionis. Datur enim heredi bonorumue possessori, qui satisdedit *l. 1. §. 16. quod legat.* aduersus legatarium, qui rem legatam propria auctoritate, ante aditam hereditatem occupauit, vt eam restituat, quo Falcidia detrahi possit, vel in id, quod interest, condemnetur *l. 1. §. 2. D. l. Vn. C. eod.* Quamuis enim legatæ speciei dominium sine traditione transeat ad legatarium *l. 80. de leg. 2. l. 64. de furt.* tamen non transit possessio, quippe quæ ab herede petenda & præstanda est *§. 1. I. de legat.* Etenim æquisimum Prætori visum fuit, vnumquemque non sibi ipsi ius dicere occupatis legatis, sed ab herede petere *l. 1. §. 2. Quod legat.* Quod si vero legatarius post aditam hereditatem atque adprehensam ab herede possessionem, rem legatam occupet, heres contra eum *remedio spoli* pro recuperanda possessione expectetur, & nec ad probationem eius, quod interest, nec ad satisfactionem compellitur. Restituta autem re legata denegatur ei actio legatorum *l. 5. C. de legat.* Conf. MAGNIF. DN. PRAES. *l. c. §. 16.*

2) interdium QVOD LEGATORVM.

§. V.

Sequitur INTERDICTVM SALVIANVM (*)

3) interdium QVOD SALVIANVM.

G 3

(*) Suspiciatur CUIAC. *Parat. ff. h. t. SALVIUM IULIANVM*

hered. petit. Sed elegans est coniectura B. BRANCHI
 v. c. *Dec. I. Obs. c. 6. p. 59.* prætorem in edicto adpellatio-
 ne *possessoris* indicare voluisse *bonorum possessorem* siue
 prætorium heredem. Nam siue titulo heredis *ciuilis*
 siue *prætorii* quis possideat hereditatem, titulo vn-
 uersali eam possidet & controuersiam facit heredita-
 tis *c. l. II. pr. de hered. petit.* adeoque vtroque casu heredi-
 tatis petitio contra eum institui potest. Sed IC
 qui eum pro possessore possidere dicunt, qui absque
 titulo possidet, qualis est prædo, decepti hoc fu-
 more loquendi putauerunt, de tali possessore agitur
 Prætoris edicto, & bonorum possessorem siue heredi-
 dem prætorium interpretatione iusta includi in verbis
pro herede c. l. II. pr. De cetero *utile* interdictum fu-
 extensum ad heredem *ciuilem l. 1. 3. C. quor. bon.* Immo
 ad *feudalem & pactitium* moribus nostris extenditur
Conf. ILL. DN. PRAES. cit. diff. §. 12. 13. 14. 15.

§. III.

Cui interdi-
 cto simile est
 remedium l.
 fin. C. de
 Edict. D.
 Hadr. toll.

Simile est huic interdicto remedium *l. f. C. de
 edict. Diu. Hadr. toll.* quo utitur scriptus heres, in tes-
 tamento nullo visibili vitio laboranti, petitque, ut
 in possessionem hereditatis mittatur. Vrgentissimum
 enim pro eo militat præsumptio, quod præferendum
 sit heredibus ab intestato, vel priore testamento scrip-
 ptis & exceptiones, quæ testamento obiici possunt
 vt plurimum sunt altioris indaginis & sic ad petitio-
 nem reiciuntur, STRYK. *V. M. Tit. quor. bon. §. 4. 5.*
 Applicatur hoc remedium etiam ad testamentum
nuncupatiuum in scripturam a Notario redactum,
 ex eo nullum vitium visibile adpareat. Immo licet
 scriptura defuit, tamen si per testes iurato exami-
 natos statim *probabiliter* constet de validitate testi-
 menti

menti, immiffio heredi non erit deneganda, docente DN. BÖHMERO *de Action. S. II. C. 3. §. 6.* Denique extendunt DD. idem remedium ad *pacta coniugum dotalia; substitutionem; fideicommissum vniuersale; litteras inuestituræ feudalis*, de quibus videtis ILL. DN. PRAESES *l. c. §. 20. 21.* STRYK. *l. c. §. 2. 7. 8.*

§. IV.

Est etiam INTERDICTVM QVOD LEGATORVM ad-
piscendæ possessionis. Datur enim heredi bono-
rumue possessori, qui satisdedit *l. 1. §. 16. quod legat.*
aduersus legatarium, qui rem legatam propria aucto-
ritate, ante aditam hereditatem occupauit, vt eam
restituatur, quo Falcidia detrahi possit, vel in id,
quod interest, condemnatur *l. 1. §. 2. D. l. Vn. C. eod.*
Quamuis enim legatæ speciei dominium sine tradi-
tione transeat ad legatarium *l. 80. de leg. 2. l. 64. de furt.*
tamen non transit possessio, quippe quæ ab herede
petenda & præstanda est *§. 1. I. de legat.* Etenim æquis-
simum Prætori visum fuit, vnumquemque non sibi
ipsi ius dicere occupatis legatis, sed ab herede pete-
re *l. 1. §. 2. Quod legat.* Quod si vero legatarius post
aditam hereditatem atque adprehensam ab herede
possessionem, rem legatam occupet, heres contra
eum *remedio spoli* pro recuperanda possessione expe-
ritur, & nec ad probationem eius, quod interest,
nec ad satisfactionem compellitur. Restituta autem
re legata denegatur ei actio legatorum *l. 5. C. de legat.*
Conf. MAGNIF. DN. PRAES. l. c. §. 16.

§. V.

Sequitur INTERDICTVM SALVIANVM (*)

compe-
tens
3) interdi-
ctum SAL-
VIANVM.

(*) Suspiciatur CUIAC. *Parat. ff. h. t. SALVIUM IULIA-
NVM*

res domino fundi contra colonum ad consequendam possessionem rerum coloni, pro mercede fundi pignori obligatarum l. 1. §. 1. de Salu. interd. l. 1. C. de prec. §. 3. I. de interd. UTILE VERO seu QUASI INTERDICTUM datur omnino creditori ad consequendam possessionem rerum sibi oppignoratitiarum l. 1. C. de precar. Non tamen locum habet hoc interdictum in aliis casibus, quam in quibus creditor actione feruiana experiri potest, hoc saltem obseruato discrimine, quod 1) in actionibus feruiana & quasi feruiana probandum sit, rem fuisse in bonis coloni l. 15. §. 1. de pignor. hic sufficiat probasse, eandem in fundum inuectam & illatam fuisse l. 1. pr. §. 1. seq. l. 1. de Salu. interd. An enim iure hoc factum sit, nec ne in quaestionem non venit, quia exceptiones altiori indaginis reiiciuntur. ANT. FABER. de errorib. Pragm. dec. 58. err. I seq. EDM. MERILLIVS L. II. Obs. c. 29. 2) actiones feruiana & quasi feruiana dentur contra quemcumque possessorem; Saluianum interdictum tantum contra colonum c. l. 1. C. de prec. Nam diserte docet GORDIANVS, quod, si inquilinus vel colonus res pro mercede fundi vel ædium obligatas vendiderit, aduersus extraneum emptorem non sit facultas agendi. E contra IULIANVS l. 1. §. 1. de Salu. interd. Si colonus, inquit, res in fundum duorum pignoris nomine intulerit, ita ut utrique in solidum obligatae essent, singuli aduersus EXTRANEVM SALVIANO INTERDICTO recte experientur: in

NVM edicti perpetui architectum, huius interdicti auctorem esse, cum quo etiam facit AEGIDIUS MENAGIVS *Amæn. Jur. C. XXIV.* Sed Celeberus Bynkershoek *L. I. Obs. c. 24.* hoc interdictum IULIANO esse, antiquius obseruat, eamque coniecturam argumentis haud ficulneis firmat.

ter ipsos vero si reddatur hoc interdictum, possidentis conditio erit melior (**). Cum itaque contrarietur hoc IULIANI responsum rescripto GORDIANI, plerique cum CUIACIO *L. V. obs. c. 24.* IULIANVM de *utili interdicto* accipiunt. Sed minus recte. Diserte enim GORDIANVS non interdictum Saluianum, sed *utilem Seruianam* contra emptorem exercendam esse rescribit. Quis vero dubitaret, Imperatorem, si vnquam utile interdictum datum fuerit, illud fuisse redditurum? Hinc FABER *l. c. err. 8.* legit: *aduersus extraneum Seruiana, non interdicto recte experientur.* Quam tamen mutationem reiicit IO. VAN WATER *L. I. Obs. c. 14.* & legendum putat: *Seruiano iudicio.* Sed non animaduertit WATERVS verba, quæ sequuntur: *inter ipsos vero si reddatur HOC INTERDICTVM,* hanc emendationem haud admittere. Non enim potuisset dicere IULIANVS *HOC interdictum,* nisi de eo ipsi fuisset sermo. Qua de causa coniectura BESTII, quam *l. c.* WATERVS adducit, mihi videtur verosimilior, quod scilicet per *extraneum* intelligi debeat *conductor,* qui eo ipso opponitur creditoribus, quibus res obligatæ sunt. Neque meo iudicio, hac ratione vis infertur illi vocabulo. Nonne enim intuitu creditorum extraneus est debitor? Probat hanc coniecturam DN. BÖHM. *l. c. C. III. §. 101.* ibique *not. e)* aliud dubium diluit. Quamuis itaque verius sit, iure civili hoc interdictum contra tertium rei obligatæ possessorem non competere; tamen Pragmatici interque hos BERGERVS *Resol. Lauterb. p. 779. & Oecon. Iur. L. II. T. 5. §. 12. not. 2.* monent, communem esse vsuque

(**) De hoc possessionis commodo egimus *C. III. §. 8.*

vsuque fori receptam sententiam, Saluianum *ut*
 contra quemuis possessorem locum habere. Con-
 ILL. DN, PRAES. *l. c.* §. 17. 18. qui etiam §. 22. 23. de reliquo
 adipiscendæ possessionis remediis accurate egit, quo-
 sum B. L. remissum esse volo.

§. VI.

Exponuntur
 remedia reti-
 nendæ pos-
 sessionis VTI
 POSSIDETIS
 & VTRVBI.

Qui adprehendit tenetque possessionem non
 solum priuata auctoritate se aduersus turbantes re-
 defendit, sed etiam gaudet remedio iudiciali *retine-
 ndæ possessionis*. Cum enim Prætor eum, qui posside-
 tueatur in possessione atque vim fieri vetet posside-
 ti, interdicta VTI POSSIDETIS & VTRVBI proposu-
 Quorum illud datur possessori rerum immobilium.
 In utroque tamen is vincet, qui tempore litis co-
 testatæ nec *vi*, nec *clam*, nec *precario* possidet ab a-
 uersario *l. i. §. 5. uti possidet. §. 4. l. de interd.* Supponi-
 tur itaque *vis turbatiua*; quia vterque se possidere a-
 firmat, alterumque pro turbatore habet *c. l. i. §.*
 Qua etiam de causa hæc interdicta duplicium na-
 mine veniunt *l. 3. §. 1. eod.* & vtrique litigantium in-
 poni solet demonstratio scilicet possessionis ex parte
 sua, & turbationis ex parte aduersarii, licet eam
 plurimum sponte suscipiant. Quod si itaque vtri-
 que partis *æqualis* sit demonstratio, vtraque in po-
 sessione defenditur, donec altera in *petitorio* vicerit.
 consueta pronunciandi formula: *daß beyde klagen-
 Theile bey der possess vel quasi der Jagd-Gerecht-
 feit so lange zu schützen, bis ein oder ander in petitorio
 ein anders ausgeführet. v. l. c. 3. pr. Supr. C. III. §. 2. D.
 BÖHM. de Action, §. II. C. 4. §. 13. lit. x.*

§. VII.

Cum vero in caussis interdictorum celerrime ob tumultus & armorum periculum sit procedendum, in Camera Imperii decernuntur mandata cum clausula & etiam, pro re nata, sine clausula, si scilicet implorans a parte sui vltimam possessionem, & a parte aduersarii turbationem in continenti deducat. Sed si aduersarius factum suum iustificet, mandatum in simplicem citationem resoluitur, caussaque cum altiore requirat indaginem, ordinario processu tractatur. BLVM. *Proc. Camer. C. XXXIV. n. 38.* DN. BÖHM. *l. c. §. 7.* ILL. DN. PRAES. *diff. de beatitudine iuridica §. 15. 17.* Sed si obscura sint vtriusque litigatoris iura & dubia possessio, vt non adpareat iudici, vter possideat lequestrari solet possessio. *Extra hunc enim casum, verbis VTOR ILL. DN. PRAESIDIS l. c. §. 18. § pręgnantem necessitatem metumque extraordinarium ad sequestrum iudiciale non facile iudicis est prouolare, est enim sua natura regulariter prohibitum propter vtilitatem possessionis, qua, cui competit, non facile priuandus est, in tantum, vt possessor, qui ante factum sequestrum tenuit, eumque causa cognita tenuisse adpareat, semper adhuc habeat interdictum vti possidetis, nec enim per sequestrum possessione priuatus est, sed potius mediante persona sequestri possessionem continuauit, cum custodię caussa saltem res sequestrata videatur, ita vt ad vsucapionem quoque ei possessio procedat per l. interesse 39. ff. de A. vel A. P. v. BART. & BALD. in l. Vn. C. de probib. sequ. pecun.*

§. VIII.

Sed, vt eo facilius rixis atque tumultibus præcludatur fenestra, vsu fori obtinuit, super retinenda possessione duplici remedio agi *summariissimo* scilicet seu *presentaneo & ordinario*. In *summariissimo* non de *qualitate* possessionis disceptatur, sed tantum de *turbata*

H

pos- agatur.

possessione quæritur atque summatim cognoscitur vter litigantium in *presenti* possideat. Qua de cau-
sufficit, si quis vnicum actum quietæ possessionis pro-
bare possit. Nam actus turbatiuus, qui liti causam
dedit, non attenditur. BERG. *Oecon. Iur. L. IV. T. 30. §.*
n. 5. STRYCK. *de Action inuestig. S. II. M. 2. §. 8.* Est it-
que hoc remedium saltem *provisionale*, quia non ip-
possessionis causa deciditur, sed tantum definitur
quis lite pendente possidere, quisque *actoris & rei* par-
tes suscipere debeat. MEV. *P. II. Dec. 236. P. III. Dec. 19.*
DN. BÖHM. *Iure eccles. Prot. L. II. T. 12. §. 7. seq.*

§. IX.

Male summa-
riissimum in-
terdicto uti
possidetis
comparant,
cum ordina-
rium sit illud
ipsum inter-
dictum.

Quæ cum ita sint, facile liquet, a vero aberrare
eos, qui possessorium summariissimum interdicto
possidetis comparant. Nam in hoc attenduntur vitia
possessionis, quia de eius *qualitate* disceptatur, videlicet
quis possideat, an *clam*, an *precario*. Vnde *melior*
antiquior possessio est docenda, cum, probatis actibus
antiquioribus, alterius actus possessorii præsumatur
vitioli *c. 9. X. de Probat.* DN. BÖHM. *de Action. l. c. §.*
Imo caute agit, qui pro *colorando possessorio* titulum se-
ius adlegat & demonstrat, modo clausulam, *de non*
intromittendo in petitorium, statim adiiciat. Hoc eni-
facto facilius in possessorio obtinebit, cum ita *iusti-*
rem simul *possessionem* demonstrauerit & ostenderit,
presumptum ius in re habere, quippe ex quo *vnice* po-
sessio coloratur. DN. BÖHM. *l. c. lit. b.* Inde etiam pe-
titum eo dirigi solet: Weil ich nun nicht allein durch
Zeugen meine possession, sondern auch mein ius possi-
dendi, und unverwerffliches Recht zur Gnüge erwir-
sen, so bitte mich bey meiner possessione vel quasi frä-
tig zu schützen, & dubium non est, quin iudex, si iur-
cert

certa sint atque euidencia, de ipsa proprietate sententiam ferre possit. ILLUSTRISS. L. B. DE COCCEI *lure controu. Tit. de interd. Qu. 4. 5.*

§. X.

Reliquas quæstiones, quæ moueri possunt, doctissime enodauit ILL. DN. PRAES. *diff. de color. possess. §. 24. 25.* quorsum B. L. remitto. Saltem id silentio præterire nolui, in errorem se dare eos, qui *petitorium cum possessorio retinendæ* cumulari posse, statuunt. Licet enim hæc sententia a CYNO tam vera fuerit dicta, sicut *euangelium*, tamen a BALDO ita falsa fuit uocata, sicut *Iudas Ischariot*. Nam *retinendæ* remedium ei datur, qui possidet, e contra *petitorium* ei, qui non possidet §. 2. *I. de Action.* Quod si itaque utrumque cumlaret, manifesto sibimet contradiceret, asserendo, se possidere & non possidere. Quid quod in §. 4. *I. de Interd. l. 3. C. eod. l. 3. C. de R. V.* clare sit sancitum, non posse *petitoriam* actionem institui, nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum sit possessio. Id autem exploratur *interdicto uti possidetis*. Quod si itaque non, nisi hoc finito, institui potest *petitoria actio*, consequens est, ut cumulari nequeat. B. COCCEI *diff. de cumulat. pet. & poss. §. 32. seq.* ILLUSTRISS. L. B. DE COCCEI *l. c. Qu. 5.* DN. BÖHM. *Iure Eccles. Prot. L. II. T. 12. §. 1.* HUBER. *ad Inst. de Interd. §. 10.* Ceterum *interdictum uti possidetis* ad *quasi possessionem* rerum incorporalium ueluti *seruitutum* etiam extenditur *l. f. uti possid. l. 8. §. 5. si seruit. vind.* PHILIPPI *Vsu Pract. Inst. Tit. de interd. Eclog. 72.* Primario tamen ad res corporales pertinet, eaque de causa specialia de iuribus *interdicta* proposuit Prætor, quæ omnia adcurate exposuit MAGNIF. DN. PRAESES *l. c. §. 26. 27.*

Falsum est
possessorium
retinendæ
cum petito-
rio cumula-
posse.

§. XI.

Remedii recuperanda
possessio-
naturæ & in-
doles expli-
catur.

Progredimur ad remedium *recuperanda possessionis*, quod dicitur DE VI l. 17. de A. vel A. P. seu VNDE VI l. 1. §. 42. l. 5. 6. 12. 16. 18. de vi. §. 6. Inst. de interd. Requiritur vero, vt, qui eo experitur, deiectus sit de possessione rerum immobilium l. 1. §. 3. 4. 5. 8. de vi. vel quæ pro immobili habetur l. 9. §. 1. eod. Ad res mobiles enim hoc interdictum *principaliter* non pertinet, sed ex causa *furti*, vel *vi bonorum raptorum* actio competit l. 1. §. 6. eod. Deici autem quis dicitur siue *ciuiliter*, siue *naturaliter* l. 1. §. 9. eod. siue *animo*, siue *corpore* l. 1. §. 22. 24. eod. siue *iuste*, siue *iniuste* c. l. 1. §. 30. §. 6. Inst. de Interd. possideat. Agitur contra deicientem intra annum utilem ad recuperandam possessionem cum omni causa c. l. 1. §. 38. 39. Vnde fructuum perceptorum & percipiendorum, immo & eius quod interest, rationem habere tenetur iudex c. l. 1. §. 40. 41. adeo, vt *non solum possessio fundi restituenda, sed & omnes res mobiles, quæ ibi fuerunt, non solum quæ proprie possessoris fuerunt, verum etiam si quæ apud eum depositæ, vel ei pignorate, quarumue usum, vel usumfructum vel custodiam habuit* c. l. 18. 32. 33. l. 19. eod. c. §. 6. I. Sed iure Codicis hoc remedium ad quamcunque iniquam priuationem possessionis, *sine vi licet factam*, fuit extensum l. 5. l. fin. C. unde vi. l. fin. C. de Acquir. poss. DN. BÖHM. l. c. T. XIII. §. 1. 2. de Action. l. c. §. 37.

§. XII.

Ius Canon.
hoc reme-
dium contra
tertium m. f.
possessorem
extendit.

Cum vero iure Ciuili contra solum deicientem hoc remedium competat Pontifex INNOCENTIUS III. in c. 18. X. de restit. spoliat. illud ad tertium, qui bona fide nactus est possessionem extendit. Vnde non opus, vt cum MENOCHIO de recuper. poss. remed.

XVI. n. 4. seq. nouum extruamus remedium illudque *condictionem ex c. c. 18. vel implorationem officii iudicis adpellemus*, recte arguente DN. BÖHMERO *l. c. §. 6.* Sed fecit tamen interpretum imperitia, vt contra tertium *b. f.* possessorem nouum *remedium spoli* ex *c. redintegrande 3. C. 3. qu. 1.* exsculperent. Imo licet hunc canonem aperte supposititium esse euidenter demonstrauerit DN. BÖHM. *l. c. §. 7. seq.* tamen error fere ius fecit, vt non desint, qui eum in foro triumphare adferant, *der Rechts-Lehrer beständigen Meinung nach* ZIEGLER *ad c. c. C. IV. in annex. præiud. BERG. Oecon. Iur. L. II. T. 6. §. 3. n. 1.* MYNS. *Cent. III. Obs. 85. n. 3. seq.* MEVIVS *P. IV. dec. 69. P. VIII. dec. 382. seq.* Sed qui sunt oculatiores facile peruident, non exemplis, sed legibus esse iudicandum, adeoque in concursu præiudiciorum tutissime insisti rationi iuris. Vnde GAIL. *L. II. Obs. 75. n. 11.* MEISCHNER *T. III. dec. 13. n. 139.* alique ab his citati hanc opinionem explodunt & rationibus atque præiudiciis euincunt, aduersus tertium *b. f.* possessorem hoc remedium non competere. Et in hanc etiam sententiam itum fuisse in Curia Halberstadiensi in caussa *Neindorff contra Broizen* 1705. confirmatam 1708. testatur ILLVSTRISS. L. B. *de COCCEII Iure controu. Tit. de Vi. Qu. VII.* De cetero in confutandis MEVII argumentis egregie desudauit DN. BÖHM. *l. c. §. 9.* vbi simul *§. 2. seq.* ostendit, latissime hoc remedium fuisse extensum. Id adhuc silentio præterire nolui, quod eleganter obseruat ILL. DN. PRAES. *ad Cod. p. 104. §. 3.* eum scilicet iudicem competentem esse, vbi spoliū commissum, quamuis res spoliata iudicii mutandi caussa, in aliud territorium esset perlata per *l. Vn. C. vbi de poss.*

Imo inter
pretes e
redinteg
da nouu
spolii re
dium c
b. f. pos
rem exs
punt.

§. XIII.

Vbi ex statu-
to in here-
dem transit
ipso iure pos-
sessio, non
opus habet,
adipiscendæ;
bene tamen si
turbatur vel
deicitur re-
tinendæ & re-
cuperandæ
possessio-
nis
remedio.

Denique iam obseruauimus C. III. §. 14. here-
dibus in quos ex statuto *ipso iure* transit possessio,
non quidem opus esse remedio adipiscendæ, sed ta-
men *retinendæ* aduersus turbantes, & *recuperandæ* ad-
uersus inuasores iisdem competere remedium. Li-
cet enim alias heres hisce remediis experiri nequeat
ante adprehensionem possessionis; tamen cum *ipso*
iure in eum transeat defuncti possessio, consequens
est, vt, si ab alio turbetur, in illa sit defendendus.
TIRAQUELL. *Tract. le mort saisit le viu. in præf. declar. 6.*
n. 15. MEVIUS ad ius Lubec. Tit. II. art. 27. n. 7. Imo
qui post mortem possessoris illico eius bona inua-
dunt, non sunt in causa possessionis potiores illis,
quos ordo successionis vel propius vel ex æquo con-
tingit. Talis enim possessio, cum sit *violenta, clan-
destina & fraudulenta* prætenso possessori commodum
possessionis non tribuit, cum sint paria, non possi-
dere vel nulliter possidere GAIL. *de arrest. C. XI. n. 8. 33.*
MEV. *P. III. dec. 135. & de arrest. C. VI. n. 37. seq.* HERT.
L. I. Par. 79. §. 2. Igitur dari hisce casibus heredi re-
medium recuperandæ possessionis non dubitatur,
MENOCH. *de recuper. poss. Remed. I. n. 397. & Conf. 793.*
n. 7. PEREGR. de fideicom. art. 47. n. 23. COTHM.
V. II. Resp. 55. n. 94. supr. C. I. §. 5.

T A N T V M.



COROL

COROLLARIA.

I.

Non est nova doctrina, quod possessorium ex solo iure in re, nunquam ad rem colorem vel fundamentum capiat, sed iam ante a Carpzouio tradita & a ICtis Halensibus communiter.

II.

Frustra celeb. Dn. Nood. dissi- mulat doctrinam conditionis Tricitiariæ, est enim in effectu condi- ctio incerti præcipue ex mutuo, quippe quæ tum demum certi est, si certum petatur.

III.

Actiones in rem scriptæ ex sola restrictione contra tertium posses- sorem constant.

IV.

Duplices actiones nec certum actorem nec reum requirunt.

I

CLA-

CLARISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

Q*uanta cautione opus sit, ut secundum Stilum Imperii, in se non peculiararem, sed ex ista natura processus oriundum genus actionis vel nexus tantum obligandi ex iure in re vel ad rem rite inuestigetur, Tibi praecipue ex doctrinis meo cognitum satis & perspectum est. Enimvero quo minus in euoluendis actorum iudicialium & inertium causidicorum paginacausae & controuersiae Status sine immenso opera erui possit, neglecta haecenus processus communis theoria satis pro deprecatione eorum, qui extra oleas vagantur. Habet vero & processus communis suas Imperii leges, regula*

anal

analogiam, ut formulas Saxonicas, quas reliqua dicasteria & iudicia fugiunt, vel æquet facile vel superet, quamvis ordo tractandi, quantum memini, adhuc deficiat. Neque difficile est inquirere in actionum realium, personalium, in rem scriptarum, duplicium & aliarum naturam & indolem, si præter verba legum ratio & connexio probe attendatur; Qua de re tecum constitueras, duplicium præprimis actionum genuinum conceptum & theoriam pro themate inaugurali tradere, ut purgato vitio communi constaret, utramque partem in iudicio & actoris & rei vices ac iura non ab initio, sed per integrum processum & habere & retinere, ut adeo risum hodie mereatur, vel per sortem dirimere alterutrius partes, alterum credere actorem alterum reum, infinitos cumulare errores, dato vno absurdo. At vero iniunctum tibi est præsens thema inaugurale, de apprehensione possessionis, quod quamvis novum non sit, adeo tamen docte a te elaboratum, ut nec verbum adiecerim, sed omnia intacta reliquerim, ut libertas quoque nostra academica in suo loco maneret. Proinde

*inde Studia tua & quam in utraque Salana
 tibi acquisueris egregiam doctrinam, Ordo
 noster Iuridicus in examinibus tecum insti-
 tutis satis cum laude expertus est. Neque
 enim hastibiliteras commendatitias volo aut
 conciliatrices, sed ipse eris ubique pro epi-
 stola Halensi, non infula sed doctrina specta-
 bilis, triennii tui fructibus non sine commo-
 do aut voluptate usurus. Recipiat te igitur
 Patria tua celeberrima ciuem dignissi-
 mum, schola practica Wezlariensis longe il-
 lustrior practicum ingenuum & solidiori fun-
 damento legum haud destitutum, adsit tibi
 proprium Numen, verbo: VALE. Tum
 demum mihi placebo, quando multi post te tui
 similes cedes meas scholamque ornabunt. Da-
 bam Halæ Magdeburgicæ d. 17. Octobr. 1731.*

